¶ Illud etiam verũ puto, quod Offilius scribit si fundus tuus vicino seruiat [m], & propterea aquam recipiat, cessare aquæ pluuiæ arcendæ actionem: si tamen [23] non vltra modum [n] noceat. Cui consequens est, quod Labeo putat [o]: si quis vicino cesserit [p], ius ei esse aquam immittere, aquæ pluuiæ arcẽdæ eum agere non posse [q].

Nota quòd vicinus inferior tenetur recipere aquam pluuiam naturaliter decurrentẽ de fundo superiori. Plus dicitur hic, quod etiã opere manufacto secundum quod requirit natura aquæ, puta per fullonicas, id est, per riuulos. nõ tamẽ debet vicinus superior illam aquã in riuulis corrumpere uel spurcare: quia tunc contra eum agi posset. Pau. de Cast.

III. Vlpianus lib. liij. ad Edictum.

APud Trebatium relatum est, eum in cuius fundo aqua oritur, fullonicas [r] circa fontem instituisse, & ex his aquam in vicini fundum immittere [s] cœpisse. ait ergo, non teneri eum aquæ pluuiæ arcendę actione. Si tamen aquam quis contineat [t], vel spurcum [u] quid immittat, posse eũ impediri [x] plerisque placuit.

1 ¶ Idem Trebatius putat eum, cui aquæ fluentes [y] calidæ noceant, aquæ pluuiæ arcendæ eum vicino agere posse. quod verum non est [z]: neque enim aquæ calidæ, aquæ pluuiæ sunt [a].

Ex opere quod facit vicinus in suo gratia culturæ, licet damnum inferatur inferiori, nõ potest agi hac actione, nisi aliquid sit factum ultra necessitatem culturæ. Pau.

2 ¶ Si vicinus, qui ortum [3] solebat certo tẽpore anni irrigare [4] [b], pratum illic fecerit, cœperitq; assidua irrigatione vicino nocere [c], ait Offilius, neque damni infecti [d], neque aquæ [e] pluuiæ arcẽdæ actione eum teneri, nisi locum complanauerit [5], eoque facto citatior [6] [f] aqua ad vicinum peruenire cœperit.

Hæc actio nõ datur pro opere quod fit in publico: sed solũ pro eo qđ fit in priuato. Pau.

Dicitur q̃ act. aquæ pluu. ar. datur contra eum, qui in suo opus fecit: si autem fecisset in publico, non tenetur: & mihi est imputandum quia re non feci mihi cauere de dãno infec. sed si fecit in priuato opus iuxta qđ erat pub. locus, & postea meus fundus ex illo opere dãnum habet, bene habeo hãc act. ¶ *Neque.*] Dicitur quòd fructuario nõ datur hæc act. directa, nec contra eum. Franeis. ¶ *Apud Trebatium.*] In fundo meo oriuntur fons: & per riuulos eũ deriuo in fundum vicini de natura seruitutem, quod licet vt hãc, & 3. co. l. j. §. fin. & l. ij. in prin. & secundũ hoc dicit fullonicas. i. riuos subterraneos: à follereo qđ per folles fiunt burfam vel quandã quasi manicã aquæ imittunt, non à fullendo, vt accipitur secundum vnam expositionẽ. 3. de vsufr. l. fi. cui. iuss. §. fi. vel etiã à fullone: quia & fullones in diuerticulis aquarum lauant telam. Alij dicunt, q̃ veniebat de fundo vicini ad meũ, & ex fonte ibi in meo facto remittebam in fundum vicini. quod licet: vt hic dicit. Tertij dicunt, q̃ per subteraneos meatus ex fundo vicini in meum veniebat, & fontem fa[7] ciebat. ego fodiebam vt faceremei aquę fullonicas fiue diuerticula, vt vitarẽ eius abundantiam, & tũ inueni locum, vnde intrabat ad fundum meũ, & ideo accepto consilio obstaculum posui ne flueret, & sic aqua in fundum vicini redit per immissionẽ. & secundũ hoc ex his legitur, vt notetur caussa remota nõ efficiens. & instituisse, s. inspecto primo proposito: vel etiã instituerat, licet cõsilium mutauerat. Et si quæras: cur ergo potuit immittere aquam in fundum vicinum: vt 3. fi ser. vin. l. ficuti. §. Arist. Respon. in primo casu natura: licet in aliis nõ tã mitto quàm remitto, siue me munio: quod licet: vt 3. l. proxi. §. penul. Accur.

a ¶ *Si quis.* scilicet testis.

b ¶ *Sciat.* i. vehementer opinetur, vt statim probat. scire enim proprie est veritatem visu perceptam in mente tenere. hoc autem de illo dici nec potest, qui ex aliorum recitatione quid credit. Azo.

c ¶ *Factum esse.* ab homine.

d ¶ *Meminerint.* quan[8] do factum sit. R.

e ¶ *Audierint.* sic ergo dixerunt quidam hoc esse speciale vt recipiatur testimonium de auditu quod nõ placet: imo vbilibet recipitur. quid enim si paries, vel cortina media est inter testes & contrahentes vel testatorẽ? sed in hoc est speciale, q̃ de auditu auditus, sine de auditu alieno recipit. H. aliàs regulariter contrà. vt C. de test. l. testiũ. & in auth. de hære. & fal. §. hinc nobis. Itẽ not. q̃ quandoq; credulitatis testimoniũ recipitur [9]: vt in auth. vt ij qui ob. se habere phi. res mi. & de hæred. & fal. §. fi vero absunt. & in aut. de fan. epis. §. j. sed im propriè testes dicũtur in dictis casibus. idem & in caussa matrimonij secũdũ antiquos canones: vt testimonium de auditu alieno recipiatur. vt xiiij. q. ij. c. super, sed hodie illud per concilium Laterã. corrigitur. Accur.

f ¶ *Memoria.* à quo tẽpore opus fit factũ. itẽ nota ex hoc §. q̃ testes non tenentur dicere consulẽ & diẽ: licet quandoq; interrogentur cùm habeantur suspect: vt 3. de testib. l. iij. §. j. secus in instrumentis. vt in authẽ. vt præpo. nom. impera. §. vnde sancimus. & sic est arg. contra. C. de fid. instru. l. in exercendis. ADDITIO. Tu solue secundũ Bar. hic quod in effectu probationis tantum valent testes, quantum instrumenta: vt in contrario. sed in modo probandi differunt: vt hic.

g ¶ *Torrentẽ.* aliàs torrẽs, aliàs torrẽtẽ. & dicitur torrẽs. j. qđ hyeme tũ fluit. nam ille, ꝑpriè dr̃ torrens: vt j. de flu. l. j. §. j. sed hic non curo fit torrẽs vel perẽnis: priuatum vel publicum. vt C. de allu. l. j. in prin.

h ¶ *Auerterit.* faciendo in suo opus non ita indistinctè, sed in fumine ripàve eius: vt j. ne quid in flu. pu. l. j. in prin. & §. sunt qui putãt.

i ¶ *Arcere.* scilicet ipsum dicimus.

k ¶ *Influat.* scilicet in suum agrum: quod ei licet.

l ¶ *Noceat.* tunc de dolo tenebitur, cùm non sit aqua plu. vt 3. eod. l. j. §. denique. & §. illud in summa. & hoc casu facit j. eo. quod princi pis. §. fin. sed contrà huic. §. ad primam partẽ. 3. eod. l. j. §. Neratius. Sol. vt ibi. & eodem modo solue aliud. j. proxi. §.

m ¶ *Seruiat.* hoc tollit contra. suprà proxi. §. & dic vicino, id est fundo vicini.

n ¶ *Modum.* in seruitute constituenda statutum. R. vt suprà de serui. vrban. prædio. l. cuius.

o ¶ *Putat.* dicens idem per alia verba.

p ¶ *Cesserit.* id est concesserit.

q ¶ *Non posse.* nihil enim proficit cessio, si statim collata sequatur prohibitio. R. & facit ad tuendam seruitutem pacto cõuentam. 3. eo. l. j. §. fin. & l. ij. in prin. e. legis.

APud Trebatium.] CASVS. Pone casum huius prin. vt in gl. & literã expone vt in gl. ¶ *Idemq; Trebatius.*] Ex balneo vicini aqua calida decurrebat in locũ alterius, & nocet ei. dicitur q̃ nõ habet hãc act. intelligas tamẽ qđ habet negatoriã: prout dicitur in gl. ¶ *Si vicinus.*] Ortũ habebã, quẽ certo tẽpore anni irrigabã, & aqua de qua irrigabã. recidebat in fundum inferiorẽ. nunc de orto feci pratum: & sic cœpi sæpius irrigare. & sic sæpius quàm consueuerat ibat aqua in fundũ inferiorẽ: & cœpit ei nocere. quæritur an inferior posit agere cõtra me actiõ. aquę plu. arc. vel de dãno infectо? dicit q̃ nõ, nisi ego cõplanauerim locum siue fundũ meum, vt sic citius aqua iret in inferiorem. nam tunc teneor hac act. aquæ plu. ¶ *Aquæ pluuiæ.*]

1 Flo. religere.
2 Flo. deest. agere.
3 Flo. deest. Mihi ergo.
4 Flor. eadem cue.
5 Fl. excedit.
6 Fl. Atteium.
7 Flo. fuit.
8 Flo. extaret.
9 Fl. deest. id.
10 Flo. tamẽ.
11 Flo. qui factus.
12 Flo. nocitu rus.
13 Fl. hæc.
a Lumi abiis hoc dictum nisi æquitas nõ esset scripta: & rigor scriptus: vt no. at Bal. in l. placuit. in fin. & ibi do. C. de iud. ité nisi esset æquitas in genere scripta: & rigor in speci: vt per Bal. vbi supra. Bar. in l. nam natura. supra. de condi. in de. & Spe. in tit. de loca §. versũ. xcep.
14 Flor. si fit iam iure facta, aut cuius
15 Flo. deest ex.
16 Flo. deest. esse.
17 Flo. ambigatur.
18 Flo. esse.
19 Fl. & Manuscri. verum etiam si qui.
20 Fl. rel. adesse.
21 Fl. hoc esse.
22 Flo. fecit.
a Adde Panor. ita. firmiter. num. j. & quod ibi notauit remissiue in a. posiil. ad ipsum post alios in vers. firmiter. extrà de fum. tri. & in c. inquisitionis. §. quæ fuisti. nu. 3. vbi etiã addidi ad eum in vers. per credulitatẽ. de accu. Lanfra. de Oria. in c. quoniam eõtra falsam. §. testiũ depositiones. versi. præterea. & ibi notauit in apost. post Bene. Vadũ, extrà de proba tio. Bar. Soci. i. seo trac. fal le. re. cccix. & dom. & præceptorẽ meũ do. Philip. Decium consil. clxvj. col. vj. vol. 2. & Felin. c. quoties. col 3. ver. gl. fi. post Pan. ibi, col. ij. ver fic. sed quæro. extrà de test. & in alle. §. quæsiti. col. j. in j. nota. de. accus.
23 Flor. sic tamen si.
1 Fl. continuæ. Manuscri. corrupte.
2 Fl. uel si stuo cum quis.
3 Fl. ortum.
4 Flor. rigare.
5 Fl. complanauit.
6 Manuscrip. citior.

Universidad de Bibliotec

a ¶ *Faciat.* quo aliter aqua fluat, quàm natura fluere debet. vel eam non recipit naturaliter fluentē: vt ff.eo.l.j.§.item sciendum.R. & intelligē hic de directa, qua solus dominus tenetur.vt hic, & infrà proxi. §. & l. proxi.in princi. & §.idem Iulianus. & l.fi in publico.in fin.j.re spon.vtili.sic.vt infrà eodem,si vsusfructus. Accursius.

b ¶ *Cessat.* vt & j. eo. fi in publico. in princip. Accur.

c ¶ *Non prospexerit.* quod potuit.vt & ff.si ser.vin.si quādo. §. fin. & ff.tit.j.l. fi finita. §.j. & §. de cæteris. itē & alio modo potest sibi cōsulere: vt dicam in l. si quādo.& hoc fi nō publicè reficiatur. tūc enim alia via cōsulitur:vt ff.tit.j.l. si finita. §. si public'.& l. flumi num. §.j.& facit ff. tit. ij.l. iij. §.fin.

d ¶ *Interueniat.* in me dio inter priuatum locum,in quo opus fit:& eum locum cui nocet.

e ¶ *Agi.*vt & j.eo.si in publico. fic ff.e.l.j. §.j. &est sic vbi pro altero non agitur: sed eo iun cto cum altero sic: vt patet in nominibus :vt ff. famil. erciſ. l. hæredes.§.j. & l.ij.§.fin.Itē ff. de ſer.corr.l. ſi quis. §. fin. & l. ſeq.

f ¶ *Agi potest.* ſ. directo: ſed vtili ſic in vtroque caſu:vt j. eo. ſi vſusfructus. §. j.& facit ff.de ſer.l. fi.in fi.& ſi vſus fru.per.l.j. Acc.

Vanquàm.] CASVS. Licet contrà dominum operis tantùm detur actio aquæ plu. arcen. tamē in caſu etiam contra non dominum datur:vt ſi aliquis monumentū fecit, tandē eſt ibi aliquis ſepultus, & ſic locus eſt factus religioſus,& ex hoc ſepulchro aqua plu. nocet alicui : agetur contra illum qui fecit monumentum,hac act. quia fuit dominus cū opus fiebat,licet nunc nō ſit dominus.& ille ſi iuſſu iudicis deſtruat,nō per hoc tenetur actione ſepulchri violati. ¶ *Iulianus quoq;.*]Feciſti opus in fundo tuo,per qđ aqua plu.mihi nocet.nunc. cœpi agere cōtra te act.aquæ.plu.arcē.pēdēte hac cauſſa alienaſti fundū,in quo feceras opus,dicitur q nihilo minus cōtra te procedā:& de præterito dāno,& de opere reſtituēdo, & etiā de futuro dāno.ſ.quod poſt alienationē cōtingit,habeſt ratio.

¶ *Idē Iulianus.*]Dicitur quòd actio aquæ plu.arcen. datur cōtra dominū facientē opus in fundo ſuo.Sed quid ſi colonus tuus fecit opus in fundo tuo te ignorante,per qđ opus aqua plu.mihi nocet, nūquid tu teneris hac actō?Et dicit q non teneris,niſi vt præſtes patientiā.colonus tñ tenetur interdicto quod vi aut clām. ad præſtandam impenſam quæ ſit in deſtruēdo opere,& ad emendandum damnum ſi quod ex hoc opere cōtingit.poſteà dicit quòd quando deſtruo illud opus in tuo fundo factū à colono tuo:ſi tu dominus petas caueri à me de damno infecto,debeo cauere. Vltimò dicit,ea quæ dixi in colono faciente opus in fundo domini domino ignorante,habēt locum in procuratore faciente opus in fundo domini domino ignorante.

g ¶ *Actio ſit.* ſcilicet directa:vtilis tamen etiam cum alio eſt: vt ff. l. proxi. §. penul.dixi.

h ¶ *Sepulchrum.*nunc factum illatione mortui; ędificauit quippe monumentum,vt C.de reli.ſi quis ſepulchrum.

i ¶ *Fuit enim dominus.* vt.& j. proxi.§. & ſic not. initium ſpectādū, ſic ff. man. ſi procuratorem. & ff.de conſtit. pecun. item illa, §. quod adiicitur.& de eden.l.vbi. §. fin.arguū.contrà ff.de pign. & quę nōdū. §. quod dicitur. ADDITIO. Dic ſecundum Bart, hic quòd illud contingit propter generaleſm obligationem præcedentem.

k ¶ *Actionem.*quoniam non dolo fecit.iuris,enim executio non habet iniuriā.vt j.de iniu.l.iniuriarū.§.j.Azo.& no etiā hīc iuſſū iudicis excuſare a,ſic ff. de iuriſdi. om.iu.ſi quis id.§.doli.& de iis qui no. in fa.l. furti. §. qui iuſſu.& j. quod vi aut clām.l. iij.§.non tantūm.& ff. quod ſal.tut. autho.l. interdū.& de reb.eo.l.ſed ſi pecunia.§.j.& j.de ſolut. l. ſi lancē.& de admi.tut.l. tutor qui.§.tutores. Argu. cōtrà C. de appel.quoniā. Item not. qđ legitimè factū eſt,nō meretur pœnā. ſic C. de admi.tut. ſan cimus. & de adulter.l. Gracchus. Accur.

3 ¶ Aquæ pluuiæ arcendæ non niſi eum teneri , qui in ſuo opus faciat a , receptum eſt,eó que iure vtimur. Quare ſi quis in publico opus fecerit 7,hæc actio ceſſat b : ſibique imputare debet is , qui damni infecti cautione ſibi non proſpexerit 8 c. Si tamen in priuato opus factū ſit,&publicum interueniat d, de toto agi e poſſe aquæ pluuiæ arcendæ , Labeo ait.

4 ¶ Neq; fructuarius , neq; cum eo aquæ pluuiæ arcendæ agi poteſt f.

Sufficit ad hanc actionem, quem eſſe dominum loci tempore quo ędificat. Barto.

IIII. Idem lib. liij.ad Edictum.

QVanquàm autem cum domino operis tantùm aquæ pluuiæ arcendæ actio ſit g : tamen Labeo ſcribit , ſi quis ſepulchrum h ędificauerit,ex quo aqua noceat,etiam ſi operis dominus eſſe deſierit loco facto religioſo, attamen magis probandum eſſe 1 : aquæ pluuiæ arcendæ eum teneri. fuit enim dominus i , cùm opus faceret. & ſi iuſſu iudicis compulſus opus reſtituerit, non eſſe ſepulchri violati actionem k.

Poſſeſſor directa actione cōuentus ſi alienauit iudicio pendente,ex prima inſtātia condemnatur. Paulus.

1 ¶ Iulianus quoque ſcribit, Si poſt iudicium l aquæ pluuiæ arcendæ ſuſceptum, fundum alienauerit 13, cum quo actum meſt 2, de præterito n damno,& de opere reſtituendo, id ſtatuere iudicem debere, qui 3iudicaret, ac 4 ſi nulla alienatio facta eſſet. nam & fundo alienato nihilominus iudicium o manebit iniuriā.vt j. de iniu.l.iniuriarū.§.j.Azo.& no etiā hīc iuſſū iudicis excuſare a,ſic ff. de iuriſdi. om.iu.ſi quis id.§.doli.& de iis qui no. in fa.l. furti. §. qui iuſſu.& j. quod vi aut clām.l. iij.§.non tantūm.& ff. quod ſal.tut. autho.l. interdū.& de reb.eo.l.ſed ſi pecunia.§.j.& j.de ſolut. l. ſi lancē.& de admi.tut.l. tutor qui.§.tutores. Argu. cōtrà C. de appel.quoniā. Item not. qđ legitimè factū eſt,nō meretur pœnā. ſic C. de admi.tut. ſan cimus. & de adulter.l. Gracchus. Accur.

1 ¶ *Poſt iudicium.* ſecus ſi ante: quia tunc plenè dic:vt j. eo. emptor.& l. ſeq.& l. poſt venditionem. in fine.

m ¶ *Actum.* ſed non peractum.

n ¶ *Præterito.* qđ tamē accidit poſt litem conteſtatam. de eo enim quod ante cōtigit,nō tenetur: vt j.eo. l. ſi tertius.§.officium.

o ¶ *Iudicium.* ſ. acceptum. Sed nūquid litigioſa res eſt:ſed nō videtur:ſed hęc actio eſt perſonalis:vt j.e. ſi tertius. §. aquæ.& litigio ſa res eſt cùm de domi nio quæritur: vt in authē. de litigio. in prin. econtrà videtur q; ſi: quia domino & cōtra dominum demādatur hæc actio ,vnde quæritur de domino: vt ff. e. l.j. in prin.& ff.l. prox. §. pe. prima placet:nō quia ſit perſonalis: vt C. de liti. l. ij.ſed quia de re alienata non quæritur reali vel perſonali actione,ſed opere facto. & facit ad §. ff. de alie.iudi.l. iij. §. opus. & §.ex quibus.& j. de act. & oblig.quæcunque. & ff. de ſeruo corru. l. doli. §. hæc actio.& l. præteritæ.

p ¶ *Cum domino.* de directa accipe : vt ff. l. proxi. §. pen. dixi.

q ¶ *Ignorante.* ſecus ſi eo iubente:vt j. l. proxi.§. fin.

r ¶ *Patientiam.* facit infrà l. proxi. & infrà eod.emptor. & quod vi aut clām.competit.§. fin.

s ¶ *Reſtituendi.*id eſt deſtruendi.

t ¶ *Ab eo.* ſic cōſtruе:ſi dominus ex cuius prædio nocet,id eſt,nocere poteſt,ſcilicet aqua,deſideret ſibi caueri ab eo,cui nocet aqua, & qui demolitur opus pro damno,quod poſſet cōtingere ex demolitione.ſic ff. de dam. infec.l. prætor.in fi.l. hoc amplius. §. de his. & ſic etiā intellige j.l.proxi.aliter autem nullus eſſet ſenſus legis: quia neque dominus,ex cuius prædio nocet opus:ſibiipſi cauere poteſt: nec dominus,cui nocet,poteſt petere ſibi caueri:quia non vitio loci ſed hominis culpa damnū timetur:vt ff. l.j.l.fluminum. §. prætereà.alias eſt in textu,cuius prædio noceſt : & tūc nō eſt neceſſaria gl.Accurſius.

v ¶ *Ego.* ſcilicet dominus.

x ¶ *Erit actio.* cū ſine mādato meo fecit ſecūdū quoſdā. ſed non placet:quia tūc domin' nō tenetur ſicut colonus:quia nō ad impēſas,ſed op ſolā patientiā:niſi dicas colonū.i. locantē. Arg. ff. de act. em.vere res.planius ergo dicas:quia cū mādato fecit,vel ratū me habēte: quā do debeo teneri,vt ſuperiori caſu colonus:vt ſ. patientiā & impēſam præſtem. vt j.l.proxi.in fi.& j.quod vi aut clam,l.denique.§.pe.&fin.

y ¶ *Reſtitutum.*ab authore,& ſuis ſumptibus:ſi autem ſumptibus domini non ageret amodo contra procuratorem , cùm ſua nō interſit, & hoc interdictū Quod vi aut clām, ad intereſſe datur b ;vt j.quod vi aut clām.l. ſemper. §.in hoc interdicto.

I colonus.] CASVS. Idem dicit quod dictum eſt ff. proxi.ante §. idem Iulianus.vnū tamen addit,q; ſi colonus fecit opus domino ſciente:quòd dominus tenetur etiam interdicto,Quod vi aut clām.

z ¶ *Noceat.* id eſt nocere poſſit.

a ¶ *Caueatur.* à demolitore:vt ff.l.proxi.pen.reſpon.

Fecerit.

a Cōcor.tex. in cap. quod quis manda to.&ibi Dynus & doc. extrà de regiu. libr. 6.

Quod tamē fa.ſit vbi apparet aperiē iudicē procedere contrà legem:vt per Dynum in præcille.regula. Feli. in c.ſi quando. de offi. dele. Guido Pape deci cexc.ij. & in deciſion. capel. tholo. deci.cclxvij.

5 *Fl.deeſt.poſt.* * *ante alienationem,*

6 *Fl. domūd.*

7 *Fl ab eo, ex curuo.*

8 *Fl.deeſt.in Manuſcript.ſibi.*

9 *Flo. habēte.*

b Tu vide Spec. quia hoc non eſt indiſtinctē verū in t..de reſ. ſpo. §. j. verſic. cæterū. vſque ad fi & in ri. de ope.no. nun tia. in prin. & vtrum patiatur exceptio. idem in tit.de nouun. ver.pone ergo.

a ¶ *Fecerit.*dominus.

a ¶ *Fecerit.*ſpontè.non enim cogi poteſt: quia colono hōc onus incumbebat. Azo.

b ¶ *Non putet.*& malè : licet enim non cogatur reſtituere, ſi tamen fecerit,poterit repetere impenſam non ſolùm actione locati,ſed etiā nego.geſt. vt ff.de neg. geſt. ſi communes. & ar.C. de act. em.l.ij. in fin.Azo.

1 *Flo. reſtitutione.*

c ¶ *Reſtituere.*ſed tantùm patientiam præſtare.

d ¶ *Feciſſet.* colonus opus.idem ſi ratum habuit : vt j. quod vi aut clām.l.denique. §. pe. & §. fin.

e ¶ *Interdicto.* Quod vi aut clām : vt ff. in princip.l.& facit ff.ad leg.Aquil.liber homo. & j.ſi fam.fur.fe. dica. l. ſi familia.

Si tertius.]CASVS. Tertius vicinus meus fecit opus per quod aqua veniebat in fundum vicini mei, & poſtea in meū fundū, & dabat meo fundo damnum. Dicitur quòd poſſum agere actio. aquæ plu. arcen. vel cum tertio vicino vel cum proxi. ¶ *Si ex pluriū.*] Si ex fundo plurium aqua mihi nocet, agā contra quemlibet dominorū & pro ſua parte quilibet cōdemnatur. ſi autem ex fundo cuiuſdā noceat aqua fundo plurium: quilibet aget pro parte ſua.

1 *alias,& tuo ex proprio.*

2 *Fl.parē.*

¶ *Inde quæritur.*] Si ego & tu habemus fundum cōmunem , & tu habeas alium fundum propriū:& ex tuo fundo proprio aqua noceat cōmuni fundo: agā cōtra te actio.aquæ plu.ar. ita tamen vt tūn Pars dāni p̄ſteatur. ecōtrà ſi cōmunis fundus noceat tuo proprio:agēs contra me:ſed tūn partem dāni conſequeris. ¶ *Si quis priuſquā.*] Feciſti opus in fundo tuo per quod aqua plu.meo fundo nocet.antequā agā cōtra te,iſtum meum fundum alienaui. Dicitur q̄ hæc actio trāſit ad emptorē. ¶ *Aquæ pluuiæ.*] Dicitur q̄ actio aquæ plu.ar. eſt in perſonā. nā q; ea tenetur, eſt perſonaliter obligatus. ¶ *Officium.*] Nūc dicit qđ ſit officiū iudicis cognoſcētis ſup hac act. & eſt tale q̄ fi ago cōtra eum,q; fecit opus in fundo ſuo, per quod aqua plu. mihi nocet,iudex iubeat illum deſtruere illud,& dānum faciat ſarcire,qđ poſt lit.conteſt.detur.dānum aūt quod ante litem conteſtatam contigerit,non veniet in hac actio.ſed alia act.petetur:vt in glo. dicitur.

¶ *Celſus ſcribit.*]Si feci opus,per qđ aqua plu.tibi noceat,teneor deſtruere mea impenſa.ſi aūt alius me ignorāte in fundo meo, vt colonus vel ſimilis:teneor tātūm præſtare patientiā.Sed ſi ſeruus meus fecit op' in fundo meo:liberor dādo p noxa. ſi autē is fecit cui poſteà ſucceſſi:teneor emendare damnum perinde,ac ſi ego feciſſem.

f ¶ *Si tertius.*Reſpectu mei,qui dicor primus.Azo.

g ¶ *Vicinus.*primus.Azo.

h ¶ *Noceat.*id eſt nocere poſſit.

i ¶ *Primo.*id eſt proximo.

k ¶ *Omiſſo.*quidam habent,cum tertio remiſſo primo. Alij, cum tertio miſſore.& eſt ad hanc legem ff.de dam.infe.l.qui bona.§.cùm inter.& ff.de eo per quem fa.erit.l.j.§.ſi plures.& de tut.& ra.diſtra.l.ſi ex duobus.Sed arg.contrà in auth.de fideiuſſ.j.& ad leg.Aqui.ſi ex plagis.§.in cliuo.Item cautè intellige hoc reſp. qū proximꝰ mihi vicinus aquam fluentem in ſuum fundum deriuet in meum. Si autem nihil faciat proximus meus vicinus:tunc diſtingue,aut habet neceſſe recipere iſte medius aquam vicini teſtij,aut non.primo caſu cum eo nullatenus ſit agendum.in ſecundo tamē cum eo medio:vt j.ne quid in loco publ.l.ij.§.idem Labeo ſcribit,ſi quis in ſuo.circa fin.

l ¶ *Noceat.*vnius fundo.

restitutionē 1 operis fecerit a , cōſecuturum à colono locati actione: niſi ſi quis ideo non putet b , quoniam non fuerit neceſſe ipſum reſtituere c : ſed ſi iuſſu domini feciſſet d , etiam interdicto e dominū teneri.

Si opere facto manu in prædiis plurium,detur mihi damnum,poſſum agere contra quem uolo.Paulus.

VI. VIpianus lib.liij.ad Edictum.

SI tertius f vicinus g opus fecerit, vnde decurrens aqua per fundum primi vicini mei mihi noceat h , Sabinus ait,poſſe me vel cū primo i vel cum tertio primo omiſſo k agere. quæ ſententia vera eſt.

Vnus ex pluribus dominis unius fundi agit & conuenitur, & etiam condemnatur ad intereſſe pro ſua tantùm parte.Paul.de Caſtro.

1 ¶ Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat l , vel ſi plurium fundo noceatur, placuit, eóq; iure vtimur, vt ſiue plurium fundus ſit m , ſinguli in partem experiantur, & condemnatio n in partem fiat:ſiue cum pluribus agatur,ſinguli in partem conueniantur , & in partē fiat condemnatio.

2 ¶ Inde quæritur , ſi cōmuni agro meo,& 1 proprio agro tuo aqua noceat , an agi poſſit aquæ pluuiæ arcendæ? Et puto 2 agendum o : ſic tamen,vt pars dāni præſtetur. Verſa quoque vice , ſi communis ager ſit,qui nocet proprio , poterit aquæ pluuiæ arcendæ agi, vt quis damnū conſequatur:ſed in partem.

m ¶ *Fundus ſit.* cui nocetur.

n ¶ *Condēnatio.*vt & j.e.l.ſupra iter.§.officiū. Sed contrà j.e.l. ſupra iter.§.Caſſius.Sol.illā intellige ſecundū iſtā:vt etiā ibi fiat exactio p parte.vel refert agatur ad dānum datum:& tūc obtinet quod hic dicit. an vt opus tollatur:& tūc quod ibi.ſ.inſolidum:vt j.e.l.§.officiū. cum ſeq.§. & j.de ver. ob.l. ſtipulationes non diuiduntur. in princi. & l.in executione.§.ij. & ff. de ope. no. nun. ſtipulatio.§.fi.Ar. contrà j.de ver.obl. in ſtipulationib. aliàs, ſpecies.in fi.& eſt ſic ff. de dā.infe.plures. & l. ex damni.§.pen. & §.fin.

o ¶ *Agendum.* licet cōmuni diui. locus ſit. ſic ff.de ſer.vr.præ.ſed & ſi inter.in prin.concurrit ergo hæc actio cū illa.& ſic eſt ar cōtrà ff.ti.j.ſi ędib. & ſi ti. ij.l.in prouinciali.§.j.

p ¶ *Si quis priùs quā.* ſecus ſi poſt:vt j.e.poſt venditionem.in princ. Accur.

q ¶ *Dominium.* fundi cui nocetur : ſed cùm alienatur fundus ex quo noceat aqua , loquitur.ff.e. quanquàm. §.j.& j.e.poſt vēditionē.in fi. & ff. de ali. iu. l.iij.§.item ſi locum.

r ¶ *Deſinit.* quia alterius aqua ei nocitura non ſit etiam fundo alienato. Accur.

s ¶ *Tranſibit.* hoc mirabile videſ, vt ſit ambulatoria , cùm actiones perſonales alicui cōpetentes ēt re aliena ta,cuius nomine competunt,apud eundē remanēt. j. de ac. & obl. quæcunq;.& j. de fur. inter oēs. & l. eū q. at hæc actio eſt perſonalis:vt j.pxi.§. ergo ad ſingulare nō dēt trāſire ſucceſſorē:vt ff.vſufru.quemad. caueat. l. iij.§.fi.& de edē.l.quę dā. §.is autē. quæ ſunt contrà.ſed reſpondeo hoc ſpeciale : ſicut & aliàs ff.de vſufr. ſed & ſi quis.§.ſi operas.& ff.ti.j.l.fluminum.§.adiicitur.& j.quorum lega.l.j. §.in locum.& C.de rei vxo.act.l.j.§.videamus.& ff. ſi ſer. vind.l.ij.§. fin.& l.ſeq.& ff.fami.erciſ.l.in hoc iudicio.& ff.tit.iij. l. non ſolùm. §. fi.& l.ſeq.& eſt ratio,quia in rem ſcripta eſt ex vtraque parte:vt ff.ad exhibend.l.iij.§.eſt autem.

Hæc actio eſt perſonalis ſcripta in rē: & ideo pro damno futuro ad ſingularem ſucceſſorem tranſit.Bart.

3 ¶ Si quis prius,quàm p aquę pluuiæ arcēdæ agat,dominiū q ad aliquem 3 tranſtulerit fundi,deſinit r habere aquæ pluuiæ arcēdæ actionem : cáq; ad eū tranſibit s , cuius ager eſſe cœperit. Cùm enim damnum t futurū 4 cōtineat u : ad eū, qui domin' erit, incipiet actio pertinere,quamuis cùm alterius x dominium eſſet,opus y à vicino factū ſit. ¶ Aquæ pluuiæ arcendæ actionem ſciendum eſt , non in rem ſed in perſonam 5 z eſſe.

Hæc actio principaliter datur,ut opus manufactum tollatur,& per officiū iudicis mercenarium ei deſeruiens ſit etiam cōdemnatio de damno contingente poſt litem conteſtatā, non de eo quod priùs contigerat. Pau.

4 ¶ Officium autē iudicis hoc erit , vt ſi quidem 6 à vicino opus factū ſit,eum a iubeat b reſtituere c ,dānúmq; ſarcire, ſi quod 7 poſt litē d conteſtatā cōtigerit 8.Quòd ſi ante litem conteſtatam damnum contigerit 9,tātùm opus reſtituere e debebit, damnum non ſarcire 10 f.

Si agitur contra illum qui fecit opus , uel hæredem eius, ſit condemnatio ut deſtruatur ſuis impenſis: ſed ſi contra alium qui non fecit , ſed opus poſſidet , nec ſit hæres eius qui fecit : ſit ut patiatur deſtrui expenſis petētis : niſi ſit dominus eius qui fecerit: quia tunc tenetur uel deſtruere ſuis expēſis, uel dare ſeruum pro noxa:& contra non deſtruentem ſit condemnatio ad uerum intereſſe.Pau.de Caſtro.

5 ¶ Celſus ſcribit , ſi qđ ipſe g feci, quò tibi aqua pluuia noceat : mea

1 *Flo. reſtitutione.*

3 *Flo.quod.*
4 *Fl.ac,deeſt.*

2 *Flo.eſſet.*

7 *Flo. faciat.*

8 *Flo.proſpexerit.*

9 *Flo. faciat.*

1 *Fl.eſt,inquit.*

2 *Fl.eſt.*

3 *Fl.alium.*

4 *Manuſcrip. damnum datum,vel futurum.*

5 *Fl.perſonalem.*

6 *Manuſcrip. ſi quod.*

7 *Flor.ſi quid.*

8 *Fl. contigit.*

9 *Fl. contigit.*

10 *Manuſcri. reſarciet.*

a Iſta glo.eſt not.& tenēda mente ſecūdum Bar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Cogendum.* talis distinctio sit ff. quod vi aut clam. l. cõpetit. §. fi. & l. denique. §. penul. & fin. & l. nam & si seruus. & l. semper. & suprà de alien. iud. l. iij. §. item. & ff. eod. l. emptor.

b ¶ *Non pertinet.* pertinet autem seruus ex cuius facto personaliter obligor: vt subiicit.

c ¶ *Patiar.* & tu caueas: vt ff. e. l. fi. colon°.

d ¶ *Debeo.* quidam habent, debeo: & tũc subaudi, si nolim mea impensa tollere: & sic concor. ff. quod vi aut clam. l. fi. alius. circa princi. Alij habent, nõ debeo: & tunc est cõtraria d. l. fi alius. Sed erit sol. non debeo. i. nõ cogor dedere: quia noxæ deditio non est in obligatione, sed in solutione vsq; ad quadrimestre tempus: vt ff. de re iu. l. miles. §. decem. & ff. de pet. hære. item veniunt. §. idem rectè. Accur.

e ¶ *Perinde.* vt ff. de regu. iu. ex qua persona. & ff. de eden. quædã. §. nihil. & in auth. de iureiu. à mo. §. j. Sed contrà ff. de oper. no. nunt. l. pe. Sol. hîc successit post litis contest. contra defunctum: ibi ante: vt & ibi diximus.

f ¶ *Ex rei veritate.* nõ quanti iuretur in litẽ: si verum interesse inspicitur: vt ff. qui sat. co. l. ij. §. fi. & ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hæc verba. quæque iuratur in litẽ: & tunc excediturne verũ interesse: vt ff. ne quis eum qui in ius voc. l. si per alium. ij. respon.

g ¶ *Datum.* post litem contest. non ante: vt ff. eod. l. §. officium. Acc.

h ¶ *Quòd.* id est quia.

i ¶ *Opus.* propter quod timetur damnum.

k ¶ *Tollat.* suis sumptibus, quos præstat possideat vel non: vt ff. quod vi aut clam, competit. §. fi. & est sic ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. hoc interdicto. & C. ad leg. Cor. de fal. si falsos. & ff. de pecu. summa. in fi. & de vsufruct. sed cùm fructuarius.

l ¶ *Banæ fidei.* secus in simulato: vt ff. eo. emptor.

m ¶ *Præstat.* vt d. l. emptor.

n ¶ *Audiendus.* sic ff. de alien. iud. l. item. §. potest. & de tribu. l. illud. §. j & de vsufru. cùm fructuarius. & ff. cõmuni di. sed postquàm. §. fi.

o ¶ *Præstat.* scilicet quàm debeat.

IN *concedendo.*] CASVS. Si in tuo fundo oritur aqua, & vis cõcedere ius aquæ ducendæ mihi: debet requiri etiam consensus eorum, ad quos eius aquæ vsus pertinet: vt quia habent vsumfruct. in eo fundo vel aliquod ius simile: vel seruitutem aquæ habebant.

p ¶ *Iure.* id est seruitute. nam seruitutes iura appellantur: vt instit. de rebus cor. & incor. §. fin. Accur.

q ¶ *Eius aquæ.* arg. quod omnes tangit, & c. vt C. de auth. præstan. l. fi. & de serui. & aqua. l. aquam. & ff. de nat. restituendis. l. fi. & ar. ff. quorum leg. l. j. §. quod ait prætor. Accurs.

r ¶ *Minuitur.* hoc est quod soluit. contrà ff. de aqua quotidia. & æstiua. Lucio [2]. vbi irrequisito primo concedit secundo, sed hîc nõ erat aqua sufficiens: ibi fic. & probatur hæc solutio ff. de seru. rustic. prædi. l. ij. §. j. & ij. l. per quem locum. & communia prædio. l. qui per certũ locum. quidam tamen dixerunt de sequentibus, pensio à concedente præstanda constituatur loco seruitutis aquæ, quam ei præstare non potest sine aliorum priorum consensu. argu. C. de mancip. & col. l. j. lib. xj.

s ¶ *In corpore.* vt dominium.

t ¶ *In ipsa aqua.* vt seruitute aquæ. & continua duas seq. leges.

impensa tollere me cogendum [a]. si quis [11] alius, qui ad me non pertinet [b], sufficere, vt patiar [c] te tollere. Sed si seruus meus, aut is, cui hæres sum, hoc fecerit [12], seruum quidem noxæ dedere debeo [d]. Quod autẽ is, cui hæres sum fecerit, perinde [e] est, quasi ego [13] ipse feciſſem. æstimationem autem iudex faciet ex rei veritate [f], hoc est eius damni quod apparuerit datum [g].

Qui conuenitur ex suo facto, non liberatur cedendo rei secus si ex qualitate rei conueniatur. Bartol.

VII. Paulus lib. xviij. ad Edictum.

IS, cum quo aquæ pluuiæ arcẽdæ agitur, quòd [h] opus [i] fecerit [1], licet cedere loco paratus sit, cogitur accipere iudicium: quoniam ex suo nomine cõuenitur, vt opus tollat [k]. Aliud est in bonæ fidei [l] emptore. Hic enim tantùm patientiam præstat [m]. Igitur & si fundo cedat, audiendus [n] est: plus enim præstat [o].

In seruitute irreuocabiliter constituenda requiritur consensus omnium qui habent ius in re uel in seruitute, uel habere sperant ex causſa de præterito. hoc dicit usque ad §. ſt flumen. Bartolus.

VIII. Vlpianus lib. liij. ad Edictum.

INconcedendo [†] iure [p] aquæ ducendæ non tantùm eorum, quorum in loco aqua oritur, verũ etiam eorum ad quos eius aquæ [q] vsus pertinet, voluntas exquiritur, id est eorum quibus seruitus aquæ

IS cum quo.] CASVS. Si feciſti opus in fundo tuo per quod aqua pluuialis mihi nocet: & agam contra te hac acti. non liberaris si cedere velis loco. nam personaliter teneris. secus autem esset in eo, qui emit ab isto faciente. nam si agam contra emptorem, & velit cedere loco: liberatur, cùm non teneretur nisi ad patientiam.

debebatur: nec immeritò. cũ enim minuatur [r] ius eorum, consequẽs fuit exquiri, an consentiant. Et generaliter siue in corpore [s], siue in iure loci, vbi aqua oritur, vel in ipsa aqua [t] habeat quis ius, volũtatem eius esse spectandam placet.

IX. Paulus lib. lxix. ad Edictum.

IN diẽ [u] addicto prædio, & emptoris voluntas, & venditoris exquirenda est [z]: vt siue remanserit [1] penes emptorem, siue recesserit, certum sit volũtate domini factam aquæ cessionem. Ideo autem voluntas exigitur, ne dominus ignorans iniuriam [y] accipiat. Nullam enim potest videri iniuriam accipere, qui semel voluit [2]. ¶ Non autem solius cius ad quem [a] ius aquæ [2] pertinebit, volũtas exigitur in aquæ cessione: sed etiam domini locorum [b]: & si [c] dominus [d] vti ea aqua non possit [e]: quia recidere ius insolidum [3] ad eum potest [f].

X. Vlpianus lib. liij. ad Edictum.

SI autem plures sint eiusdem loci domini, vnde aqua ducitur, omnium [g] voluntatẽ esse sequendam, non ambigitur [†]. Iniquũ enim visũ est, voluntatẽ vnius ex modica [h] fortè portiuncula domini, præiudiciũ sociis facere. An tamẽ subsequi voluntas possit, videamus. Et placet quo. leg. l. j. §. quod ait prætor. & C. de pa. l. fi. pe. respon. & ff. de mino. fi iudex. Item est simile ad hoc C. de actio. & obli. sicut. & ff. commo. l. in commodato. §. sicut. & C. de trãsac. quamuis. Fallit autem hoc in legatis: vt ff. de adi. le. l. iij. §. fin. & l. seq. & in dona. cau. mor. vt instit. de donat. §. j. & in dona. inter virum & vxo. vt ff. de donat. inter virum & vxor. l. cùm hic status. §. ait oratio. Item fallit in dato ob cau. & mandato, & societate, & deposito, & precario: vt nota. C. de action. & obligat. sicut. Accur.

a ¶ *Ius aquæ.* i. seruitus.

b ¶ *Domini locorum.* vt & ff. l. proxi.

c ¶ *Et si.* id est, quamuis.

d ¶ *Dominus.* ſ. loci vnde aqua oritur.

e ¶ *Possit.* puta quia alius habet vsumfruct. & subaudias hîc tamen eius voluntas exigitur.

f ¶ *Potest.* inspicitur ergo quod potest euenire, sic ff. vsufr. quẽadmo. l. fi vsusfructus nomine. in princi. & C. de pact. l. j. & C. communia de leg. l. fi. §. finautem. sed & si non recedat, similiter potest illum dominus prohibere: quia quantum ad illum nullam debet seruitutem. arg. ff. si serui. vindi. loci. §. competit. Accur.

SI autem.] CASVS. Plures erãt domini fundi, in quo aqua oriebatur. si tu vis habere ius aquam ducendi ex fundo isto. debes habere cõsensum omnium dominorum. Sed pone quòd quidam ex dominis cõcesserunt tibi ius aquæ ducendæ. & tu duxisti. Dicitur quòd non tenuit hæc concessio. si tamen alij domini postea tibi concedant: confirmatur.

¶ *Si flumen.*] Ex flumine nauigabili non potest prætor nec aliquis a- 80 lius concedere alicui ius aquæ ducendæ: quia flumẽ. & c. Idem est & si flumen istud decurrens in aliud flumen faciat illud nauigabile.

g ¶ *Omnium.* No. quia quod omnes, & c. vt not. ff. eod. l. in concedendo. Sed arg. contrà ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & ff. ad municipa. l. quod maior. ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide per Dyn. in cap. quod omnes. de regu. iur. lib. vj. & extrà de cõsti. ca. cùm accessissent. & ibi gl. & Inno.

h ¶ *Modica.* Idem & si maximã partẽ habet. & ideo dicit, fortè, &c.

Interesse

1 Fl. minuitur.

1 aliàs, mittit.

1 aliàs, desistit ius aquæ.

2 Fl. solidum.

† Adde tu ad hoc dictum, quòd quãdo plurium consensus requiritur, q̃ sem- per debet fi- mile & vti- cè præstari, maximè potest præ- dicari te- no. text. & fing. in l. ſ suum. §. hu- die. supra. de pact. Secun- dùm Bar. & Lomnes pa- pali. in ff. §. 2. q. prin. col. 8. verſic. ut- tiõ dixi omnes. & ibi Ang. gel. de iuſtit. & iu. & ad hoc alle. ibi. tex. vide etiã Alex col. 4. & in l. q̃d ma- ior. inf. a. ad- munici. & Plenius in al le. §. fed ho- die. refert & ſequitur Ro ma. ſin. ſuis. in ver. cõſen ſus. ver. vbi- cunque con ſenſus. Ad quod facit q̃d no. Spec. in tit. de ſyn dico ver. ti- quid ſi vnus. & Bal in ſua marga. i ver. conſenſus verſi. j.

a ¶ *Interesse.* sic C. de pac. l. petés. & ff. de iurisd. om. iu. si quis id. §. qđ si dum proponitur, Sed ar. cõtrà ff. de acqui. hære. si quis mihi bona. §. iussum. & instit. de authorita tu. §. tutor. Itẽ no. quod ab initio nõ tenet, postmodũ cõfirmatur. & sic est ar. cõtrà ff. de re. iur. l. qđ ab initio. ADDITIO. Pro sol. huius cõtrarij vide per Dy. in can. firmatur. de reg. iur. lib. vj.

b ¶ *Posteriorem.* vt vala leat ex tẽpore vltimæ confirmationis: vt ff. cõmunia prædio. l. fi. & ff. de serui. vrb. prædio. per fundum. & argu. ff. de offi. procon. l. obseruare. §. fi.

c ¶ *Prætorem.* quare dicit de prætore, cũ solus princeps vel senatus concedat, vt ff. e. l. quod principis. & ff. de flumin. l. quominus? Resp. largè ponitur prætor pro principe, vel senatu, ex eo quòd præfertur aliis. vel ex eo quòd præter alios sibi vendicat priuilegiũ. sic ff. de offic. præſi d. l. j. vel dic propriè. nec enim ibi dicit ꝙ teneat concessio.

d ¶ *Nauigabile.* huius adi unctione.

1 Fl. deeſt. aquæ. 2 Fl. quæ. 3 Fl. efficiat.

SVpra iter.] CASVS. Habebã ius itineris per fundũ tuũ. tu vis in itinere ducere aquã: & supra iter vis facere arcum, per quẽ vadam. Dicitur ꝙ nõ potes me inuito, nec etiam ego possum. Sed pone, quòd ego volo facere pontem in illo itinere, quia erat ibi malus trãsitus fortè in hyeme. Dicitur quod possum. Sed pone, quòd habeo ius ducendi aquam per riuum tuum, nũc in illo riuo volo facere spetum. i. fossam. Dicitur ꝙ nõ possum. & reddit rationẽ in tex. & in gl.

1 Fl. cui iter, actus debetur pontem.

¶ *Causſus.*]Si ex communi fundo aqua mihi nocet: possum agere vel cum vno, vel cum singulis. Idẽ est si ex fundo tuo aqua noceat fundo pluriũmã vel vnus eorũ, vel omnes poterunt agere cõtra te, & vno agẽte aliorũ actio euanescit. Itẽ si agã cũ vno pluriũ dominorũ fundi ex quo aqua mihi nocet, & destruxerit opus, cæteri liberantur. iste tamẽ qui destruxit, expensas quas fecit in destruendo, recuperabit acti. cõmuni diui. à sociis. ¶ *Non prius.*]Ille qui fecit opus, tenetur aquæ plu. ar. act. Itẽ ille qui mãdauit opus fieri: de quo dic vt ff. l. quãuis. in fi. & l. fi colonus. in fi. ¶ *Apud Ferocem.*]Plures domini fundi erãt. vnus fecit opus in fundo aliis ignorãtibus, vel nõ authorãtibus: propter quod opus aquæ plu. mihi nocet. quæritur si agã cõtra eũ, qui opus nõ fecit, act. aquæ plu. arcẽ. ad quid teneatur? & certè dicit Proculus, ꝙ tenetur sua impẽsa destruere opus, & recuperabit has impẽsas ab eo, qui fecit opus, act. cõmuni diui. sed Ferox iurisc̃õsultus dixit ꝙ ille qui nõ fecit opus, nec fieri fecit, teneatur tãtum præstare patientiã: ille autem qui fecit, tenetur suis impensis destruere. & reddit rationẽ. ¶ *Officium.*]Nunc dicit quod sit officiũ iudicis cognoscentis super hac actione in hoc casu. pone quòd plures erãt domini fũdi fundo quorum aqua nocet ex fundo vicini: vel ex fundo quorũ propter opus quod est ibi factum, aqua nocet vicino. nunc agitur contra vnũ dominorum act. aquæ plu. arcen. nũquid tenebitur insolidum etiã eius damni, quod post litem cõtesta. accidit? Et videtur quòd sic, sicut vnus ex dominis tenetur insolidũ noxali ex edicto serui cõmunis. & quicquid præstabit recuperabit à sociis act. communi diui. Itẽ videtur ꝙ teneatur tantum pro parte sua, sicut video in act. damni in fecti. nam si plures erant domini fundi, vel domus ex quo vel ex qua timeo damnum, si agam contra vnum, nõ tenetur nisi pro parte sua. Vltimò soluit, & dicit, quòd idem est seruãdũ in quæstione prædicta quod dictum est in act. damni infecti. ſ. quod teneatur pro parte. Sed quid erit in alio casu, vt si fundo plurium aqua noceat ex fundo vicini, an vnus ex dominis aget insolidum? Et dicitur quòd sic: dum tamen damni quod post litẽ cõtesta. accidit, cõdẽnatio pro parte fiat.

¶ *Si ex priuato.*]Ego & tu habebamus fundum communem. Item tu habes fundum propriũ ibi iuxta, ex quo fundo tuo proprio aqua nocet fundo cõmuni. quæritur an possim agere pro parte mea. Trebatius autem dicit quòd si propter opus manufactum à te in fundo tuo proprio, aqua nocet communi: tũc agam vt destruas illud opus. si autem vi fluminis aqua aliter fluat ex fundo tuo proprio in communẽ: tunc ad patientiam tantùm præstandam tenetis. Franc.

c ¶ *Supra iter alienum.* id est, supra locum vbi quis habet itineris seruitutem.

d ¶ *Non iure fiet.* à domino proprietatis inuito illo, cui debetur seruitus itineris. sic ff. de vsufru. fed & si quid inædificauerit. §. fin. & ff. e. in concedendo. vel verius ab eo, cui debetur seruitus itineris. Accurſius.

e ¶ *Faciet.* quia nec iure fieri, nec factus retineri iustè potest. R.

nihil interesse [a], vtrum præcedat voluntas aquæ ductionem, an subsequatur: quia & posteriorem [b] voluntatem prætor tueri debet.

Propter priuatorum commodum, non debet communi utilitati præiudicari. Paul.

¶ Si flumen nauigabile sit, non oportere prætorem [c] concedere ductionem aquæ [1] ex eo fieri, Labeo ait, quà [2] flumen minus nauigabile [d] efficitur [3]. Idémque est, & si per hoc aliud flumen fiat nauigabile.

Ille qui habet ius ducendi aquam, non potest facere arcum causſa ducendi super iter alienum, nec is qui seruitutem habet itineris uel actus potest facere arcũ super alienũ aquæ ductum. Bar.

XI. Paulus lib. xlix. ad Edictum.

SVpra iter alienum [c] arcus aquæ ducendę causſa non iure fiet [d]: nec is cui iter [1], vel actus iure debetur, faciet [e]: sed pontem quà possit ire agere, iure extruet [h]. At si specum [2] [i], non cuniculum sub riuo [k] agat [3] [l], aqua corrumpetur [m]: quia suffosſo [n] eo, aqua [o] manabit [p], & riuus siccabitur [4] [q].

Hac actione potest unus ex pluribus agere cum uno uel cum singulis separatim, uel singuli cum singulis, & eõuerſo: & unius ſolutione aliorum actio perimitur: licet ſoluenti contra cæteros ſuccurratur. Bart.

1 ¶ Cassius ait, Siue ex cõmuni fundo, siue ex [5] cõmuni [r] aqua noceatur [6], vel vnũ [s] cũ vno [t] agere posse, vel vnum separatim cum singulis [u], vel separatim [x] singulos cum vno, vel singulos [y] cum singulis. Si vnus [z] egerit, & restitutio [a] operis [b] litíque æstimatio [c] facta sit, cæterorum [d] actionẽ euanescere. Item & [7] si cum vno actũ sit, & is [8] Labeo. sed specum nõ, quia in tali fouea facta in riuo aqua corrũpitur, & manet ibi, & siccat riuũ. aliàs manabit, & tunc subaudi, & per aliquod tẽpus manebit ibi, & postea manabit, & sic corrumpetur & putrefiet, & ideo specum facere non licet secundum Hug. tu dic, nec cuniculum licet facere, id est, ex aperto coopertum, vel contrà, nisi in constituenda seruitute hoc esset dictũ. & sic intellige dictas leges ff. de riuis. l. j. §. fi. & l. Labeo. Itẽ quod dicit manabit, expone, quia fossa repletur aqua, & manat aqua vndique id est, circa ipsam fossam: & labitur in terram, & non per riuum, vt olim. corrumpitur tamẽ aqua, ex ea quæ est in fossa, & riuus siccatur, sed per cuniculum non siccatur: nec tamen illũ licet facere vt dixi. In hoc ergo est differentia inter specum & cuniculum: quia alterum scilicet cuniculus, non siccat aquam alterum. ſ. specus, sic. neutrum tamen licet facere: vt dictũ est. & facit ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. tractatum. Accur.

2 Fl. ſpecus. 3 Fl. aget. 4 Flor. ſiccatur. Specus quid dicitur. 5 Fl. deeſt, ex. Cuniculus quid ſit. 6 Fl. noceat. Specus & cuniculus differunt.

k ¶ *Sub riuo.* id est, in riuo.

l ¶ *Agat.* i. faciat ille, cui seruitus debetur.

m ¶ *Corrũpetur.* in loco seruienti. vel dic, in loco cui seruitur. Accur.

n ¶ *Suffosſo.* id est, fossa huiusmodi facta quam suprà appellauit specum. Accur.

o ¶ *Aqua.* quæ ducitur per riuum.

p ¶ *Manabit.* aliàs manebit.

q ¶ *Siccabitur.* à fouea in terra.

r ¶ *Siue ex communi.* ſ. fundo aqua noceat, &c. Alij habent, siue ex communi aqua noceatur: & tunc subaudi, fundo plurium.

s ¶ *Vel vnum.* ſ. eorum quorum fundo nocetur.

t ¶ *Cum vno.* ſ. eorum quorum fundo aqua nocet.

v ¶ *Cum ſingulis.* nocentis fundi. ſ. dominis. R.

x ¶ *Separatim.* ſ. quorum fundo aqua nocet. R.

y ¶ *Vel ſingulos* cum plurium sit vterque fundus. R. nunquid ergo separatim potest fieri operis restitutio? Respon. non, vt subiicit. & semper accipe hîc agi insolidum. Item nota actionem hanc concurrere cum communi diuidun. vt ff. e. si tertius, §. versa. vice. secus in damno infecto, vt ff. tit. j. l. fi & dibus.

Aquæ pluuiæ arcendę actio cũ cõmuni diuidundo concurrit.

z ¶ *Si vnus.* ex sociis communis fundi cui nocetur.

a ¶ *Restitutio.* id est, destructio.

b ¶ *Operis.* scilicet totius.

c ¶ *Aeſtimatio.* i. damni pro sua parte. ad plus enim non pot. vt ff. e. si tertius. §. j. & ff. ead. l. §. quòd si is fundus. Sed cur ergo tollitur actio cæteris? Resp. pro opere ideo, quia iam destructum est pro dãdo præterito. i. pro eo quod cõtingit antè, quàm ille socius qui nunc agit, litem contestaretur, non agit, quia non venit in hanc actionem: vt ff. e. l. j. §. hæc autem actio, & l. si tertius. §. officium. ff. e. l. Atteius. §. in hoc. pro futuro non agit, quia lis cõtestari non potest principali actione sublata, quæ datur pro destructione operis. nã per iudicis præstatur officium. ſ. damnum: quod scilicet officium cessat sublata actione principali: vt C. depoſi. l. si depoſita. cùm verò opus non restituitur, agente vno æstimatur quod sua interest, vt ff. eod. si tertius. in fine. de interesse ſuo eorum non fit æstimatio. ideóq; non impedietur postea eorum actio, vt ff. §. officium. & ff. si seruitus vindi. l. loci. §. fi fundus. ad interdictum ergo Quod vi aut clã, recurritur pro illo dãno præterito, vt ff. eo. Atteius. §. de eo. Accur.

d ¶ *Cæterorum.* scilicet sociorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

præstiterit [a], cæteros liberari [b]: idque quod sociorum nomine datum sit [c], per arbitrium [9] communi diuidundo recuperari [10] posse à sociis [11d], non vtique cũ eo [e] agendum qui opus fecerit: nec [f] minus eum quoque damnum restituere debere, qui auctor [g] operis fuerit.

Ille socius qui non fecit opus, cõuenitur ad patientiam tantùm, non ad impensam.

2 ¶ Apud Ferocem Proculus ait: Si cum vno dominorum actum sit, qui opus non fecerit [h], debere eum opus restituere [i] sua impensa: quia communi diuidundo actionem habet [k]. Sed sibi [l] magis placere [m], patientiam duntaxat eum præstare oportere: quia sua culpa actor [n] id patiatur, qui non agit cum do, à quo opus factũ sit. Et est iniquum, eum, qui non fecit [o], id restituere [p] oportere: quoniam communi diuidundo [q] agere potest. Quid enim fiet, si socius eius soluendo nõ fuerit?

Vnus ex pluribus dominis siue agat siue cõueniatur hac actione, pro parte sua tãtùm cõdemnatur, si ei condemnatio fiat. Bar.

3 ¶ Officiũ [r] autẽ iudicis inter duos accepti [s], quale futurum sit, dubitare se Iulianus ait, vt [12] si fortè vnius fundus [t] fuerit, cui aqua non ceat, in quo [13] opus factum sit plurium, & cum vno eorum agatur: vtrum & eius damni nomine quod post litem contestatam sit datum, & operis non restituti insolidum [u] condemnatio fieri debeat, quemadmodum cùm serui communis nomine noxali iudicio cum vno agitur, condemnatio insolidum fiet [14]: quoniam [x] quod præstiterit, potest à socio accipere [15]: an verò is, cum quo agitur pro parte sua & damni dati & operis non restituti nomine damnandus sit: vt in actione [y] damni infecti fit [16], cùm eius prædij ex quo damnum metuatur, plures domini sint, & cum vno eorum agatur? licet opus, ex quo damnum futurum sit, indiuiduum [z] sit: & ipsæ [a] ædes, solúmque earum non possit [17] pro parte [b] duntaxat damnum dare, nihilominus eum cum quo agitur, pro sua parte condemnari? Magísq; existimat id seruandum tam [18] in aquæ pluuiæ arcendæ actione, quã [19] in actione damni infecti [c]: quia vtrobique [20] non de præterito, sed de futuro [d] damno agitur. Quòd si is fundus cui aqua pluuia nocet, plurium sit, agere quidẽ, vel [e] singulos [f] posse: sed damni quod post litem contestatam datum sit, non amplius parte sua cõsecuturum [†]. Item si opus restitutum [g] non fuerit, non amplius, quàm quod pro parte [h] eorum interfuerit opus restitui, condemnationem fieri oportere.

Pro opere manufacto agitur ut destruatur sed pro facto à natura agitur ut patientiã reficiendi præstet. Paul. de Castro.

4 ¶ Si ex priuato agro [i] in agrum communem immittatur [k] aqua, Offilius ait, socium cum eo agere posse [l].

Cogitur quis præcisè ad demoliendũ quod patet ex dictione, omnimodo. Bart.

5 ¶ Trebatius existimat, si de opere agatur, quod manu factũ sit, omnimodo † restituendum [m] id esse ab eo, cũ quo agitur. Si verò vi fluminis agger [20a] disiectus sit, aut glarea iniecta, aut fossa limo [22] repleta [o], tunc patientiã duntaxat præstandam [p].

Vbi hæc actio est in rem scripta, datur contra singularem successorem non stimulatum. Bart.

XII. Idem lib. xvj. ad Sabinum.

EMptor †, nisi simulata ¶ vẽditio est, cæterique successores, vel restituere opus factũ, si velint, vel patientiam præstare debent. nã actori morã suam nocere [r] debere manifestum est. In eadem causa est etiam socius eius, qui opus fecit, si ipse auctor [s] non fuerit [2]. Idemq; in donato fundo legatóve [t] est.

9 Flo. arbitrũ.
10 Fl. recuperare vt.
11 Fl. posse, & cæteros.
12 Flo. deest, vt.
13 Fl. si vero in quo.
14 aliàs fit.
15 Fl. recipere.
16 Fl. fiat.
a Dic quòd ibi non dicitur quòd ideo teneat quia actionẽ habet: & sic nõ est cõtrà secundũ Bart.
b Dic vt ibi secundum Bar.
c Ibi plures obligantur æqualiter ex facto serui communis: & ad indiuidũ quo ad solutionem: vt infrà. pro xi. § secundum Bar.

a ¶ *Præstiterit*. i. opus restituerit.
b ¶ *Liberari*. huic, & superiori dicto est cõtrà. ff. eod. si tertius. §. j. & j. ex. l. §. officium. sed in vtraque est sol. Accur.
c ¶ *Datum sit*. i. opus destructũ, & in eo. destruẽdo impẽsum, hoc qui dẽ nõ potuit pro parte expediri, & ideo cõi diui. repetitur, vt subiicit. aliàs si de dãno diceret, ad id quilibet p parte teneretur, vt dictã. l. si tertius. §. j. & ideo ne. gẽ. actione reperetur qui totũ soluisset: vt ff. cõmuni diui. l. si quis putans. §. siue autẽ. & ecõtrà quod vnus accepit, puta ipsũ opus destruẽdũ in quo impẽdit, cũ fortè reus tenebatur ad patientiã tantùm, vel æstimationẽ dãni, ne. gest. vel cõmunicabitur cõi diui. iudicio, vt ff. de noxa. l. si in re communi. & dicta l. si quis putãs. §. siue. Alij dicunt etiã damnum totũ hic vni restitutum, sed ex voluntate. nec enim potuit cogi reus, vt in hac l. §. officium. & cõmunicabitur neg. gest. iudicio.
d ¶ *A sociis*. aliàs ex sociis.
e ¶ *Cum eo*. subaudi tantùm.
f ¶ *Nec*. subau. quia.
g ¶ *Auctor*. da exemplum. ff. eo. quanquàm. in fi. & l. si colonus. in fi.
h ¶ *Non fecerit*. nec auctor fuerit.
i ¶ *Restituere*. i. destruere.
k ¶ *Actionem habet*. subad repetendum quod eo nomine fuerit præstitum.
l ¶ *Sibi*. Feroci.
m ¶ *Placere*. ff. ait.
n ¶ *Actor id patiatur*. vt patientia ei tantum præstetur ab illo, qui conuenitur, & non fecit opus nec author fuit. Accur.
o ¶ *Fecit*. ff. opus.
p ¶ *Restituere*. i. destruere. scilicet, sua impensa.
Ipater. CASVS. Quidam habens seruum permisit filio suo, vt manumitteret istum seruum: & posteà decessit ab intestato hic pater. filius nesciens de morte patris libertatem impōsuit seruo. dicitur quod libertas tenet, cum nō appareat mutatam esse voluntatē patris: sed secus est si pater adhuc viuens reuocauit mandatum: & antequā filius sciret reuocatū fore mandatū, manumisit seruum. nam nō tenet manumissio. ¶ *Quoties.*] Manumitto seruum quem non credo meū: vel econtrà ipse non credit se meum seruum, vel ambo sumus in hac credulitate, cùm in veritate esset meus seruus. dicitur q tenet manumissio. ¶ *Minor.*] Minor xx. ann. non potest etiam seruum communem manumittere, siue consilio, siue vindicta: seruum tamē sibi obligatum consentire potest manumitti. Fran.

i ¶ *Permiserit.* quod potest: vt C. communia de ma. l. j. §. fi. & ℈. ti. j. si consentiente. & l. nepos.

2 Flor. desi voluntas.

k ¶ *Fauore*, nam regulariter mandatū aliàs morte finitur, etiam ignorante mandatario: vt ℈. man. l. præcedēte. & l. fi mandassem. & si cer. pe. eius qui. §. quas verò. & C. mandati. l. si mandatum. Sed contrà huic rū. ℈. qui & à qui. quæsitū. §. fi. Sol. vt ibi. l ¶ *Domini.* hæredis mutatio non nocet: vt ℈. de ser. expor. l. tertia. & de iure do. fi ego. §. j.

3 Flor. Manumissio tat.

4 Flo. volunte domini. 5 Flor. Art esse. 6 Flo. desit.

m ¶ *Non fit.*] ergo oportet certiorari. sic & ℈. de acquir. hære. fi quis mihi bo. §. pe. & ℈. de iu. l. cū furiosus. in fi. j. rū. & ℈. de diuor. si pœnituit. Sed ar. contrà. ℈. pro socio. l. sed & si socius. §. j. & de excerei. iu. l. j. §. j. & ℈. quod iussu. l. j. §. sed ego. & ℈. so. ma. l. ij. in fi. Item contrà ℈. de cōdict. ob caus. l. fi pecuniam. §. j. vbi etiā post pœnitentiā manumittit: & ad æstimationem datur condictio. Sol. ibi vt in rem suam fuit procurator. hîc filius vt minister, vnde paternus hic erit libertus: vt ℈. de iure patro. filii. Accur.

7 Flo. desi quod.

8 Flo. desi esse.

n ¶ *Durare.* sic ℈. de in rem ver. si pro patre. §. versum. Accur.

o ¶ *Manumittentis.* cū in veritate esset. Accu.

p ¶ *In re est.* Not. sic ℈. de iur. & fac. ign. l. regula. §. qui ignorauerit. & instit. de leg. §. fi rem. & ℈. de fur. l. inter omnes. §. rectè. Sed ar. contrà. ℈. de acquir. hæred. l. is qui patat. §. minor. Accur.

q ¶ *Communem.* nedū proprium. Accur.

1 Flo. desi gatis.

r ¶ *Consilio.* sed cum consilio sic: vt ℈. eo. seruus.

s ¶ *Intell: gitur.* sic ℈. e. l. ij. & ℈. sol. matri. l. ij. §. item si voluntate. & C. de pac. l. de quæstione. & C. de ser. pign. da. l. iij. Sed arg. contrà. ℈. de pign. l. fi fundus. §. j. in fine §. Accur.

Nmanumittere.] CASVS. An prætor possit coram se manumittere seruum suum, & ipse idem præbere authoritatem siue consilium? & dicitur quòd sic. & probat per exempla. Fran.

t ¶ *Suasi.* Officium ergo trium videtur subire aliquis, manumittentis, & causſam approbantis, & authoritatem præbentis. sic ℈. eo. l. j. Sed arg. contrà. ℈. ad Trebel. ille à quo. §. tempestiuum. & hoc nisi sit minor, qui causſam probet: vt ℈. de offic. consul. l. j. §. pe.

Officium trium subire test.

Seruus communis.] CASVS. Duo habebāt seruum cōmunē, ambo erant minores xx. an. & ambo volunt manumittere seruū, & vnus tantūm causſam allegauit & probauit. dicitur quòd satis est, & tenet libertas. Franc.

v ¶ *Vnus.* ſ. tñ: vt & ℈. qui & à quibus. fi cū. §. j. & est ratio: q a cū teneat libertas vnius, & alter iure communi habet manumittere: vt C. de ser. com. ma. l. j. a lii hic subaudiunt, cùm probauerit vnus alterius voluntatem. Accur.

1 Flor. Ad pud se mit. 2 Fl. præ 3 Fl. Ex memingit

De manumissis vindicta.

TITVLVS II.

I. Pomponius lib. j. ad Sabinum.

APud prætorem eū démque tutorem posse pupillum ipso auctore manumittere cōstat.

II. Vlpianus lib. xviij. ad Sabinum.

SI minor sit annis xx. fructuarius, an possit libertati f consentire? Et puto, consentiendo posse ad libertatem perducere.

III. Idem lib. iiij. Disputationum.

SI hæres g seruum legatū manumittat, mox legatū[1] repudiet legatarius, retro competit h libertas. Idémque est & si duobus purè seruus legetur: & post alterius manumissionem alter repudiauerit. nam & huic retrò libertas competit.

Voluntas nō finitur morte libertatis fauore. Item reuocatio nō debet peruenire in notitiā mādatarij, si ex reuocatione nō læditur. Bar.

IIII. Iulianus lib. xlij. Digestorum.

SI pater filio permiserit i seruū manumittere, & interim decesserit intestatus[1], deinde filius ignorans patrem suum mortuum, libertatem imposuerit, libertas seruo fauore k libertatis cōtingit, cùm non appareat mutata esse domini l voluntas †. Sinautem ignorante filio vetuisset pater per nuntium, & antè, quàm filius certior fieret, seruū manumisisset, liber non fit m, nam vt filio manumittente seruus ad libertatem perueniat, durare n oportet patris voluntatē. nam si mutata fuerit voluntas [2], non erit verum, volente patre filium manumisisse.

Error domini nō credētis seruū quē manumittit. suū esse. nō impedit libertatē: similiter nec error serui putātis se esse alterius. Bart.

1 ¶ Quoties manumittit [3] seruū do minus, quāuis existimet alienū esse eum nihilominus verū est, volēte [4] domino seruū missum esse [5]: & ideo liber erit. & [6] ecōtrario, si se Stichus non putaret manumittentis o esse, nihilominus libertatē contingere. Plus enim est quod in re est p, quā qđ [7] in existimatione est: & vtroq; casu verū est, Stichū voluntate domini manumissum esse. Idemq; iuris est, & si dominus & seruus in eo errore essēt, vt neq; ille se dominū, nec hîc seruū se eius esse [8] putaret.

2 Flo. volunte domini. 3 Flo. Manumissio tat. 4 Flo. volunte domini. 5 Flor. Art esse. 6 Fl. desit.

2 ¶ Minor xx. ann. dominus nec cōmunem ¶ quidē seruū sine consilio r rectè manumittit. Paulus notat. Sed si pignori obligatū sibi minor xx. an. manumitti patiatur, rectè manumittitur: quia non tam manumittere is, quàm non impedire manumittentem, intelligitur s.

Prætor potest seruum proprium apud se manumittere. h. d.

V. Iulianus eodem libro.

AN [1] manumittere apud se possit is, qui cōsilium præbet [2], sæpe quæritum est. Ego [3] quidem memini Iauolenum præceptorem meum in Africa & in Syria seruos suos manumisisse, cum consilium præberet. Exemplum eius secutus, & in prætura [4], & in cōsulatu meo quosdam ex seruis meis vindicta liberaui: & aliis quibusdam prætoribus cōsulentibus me idem suasi t.

Nō impeditur libertas duo minor xx an. manumittēti licet unus eorū eām nō probauerit.

VI. Idem lib. ij. ad Vrseium Ferocem.

SEruus communis, quin à minoribus xx. annis dominis possit apud consiliū manumitti, quamuis vn[o] u ex sociis causſam nō [1] approbet, & causſam manumittendi, dicitur quòd nō auditur Fran.

1 Flor. Ad pud se mit. 2 Fl. præ 3 Fl. Ex memingit

c ¶ *Infamiæve.* quod simile est periculo vitæ: vt suprà quod metus causſa. ifti. §. finali. & facit infrà eod. etiā. §. j.

Infamia vitæ periculo cōparatur.

d ¶ *Tribui.* i. tributam conseruari.

e ¶ ¶ *Prohibendumque.* Not. quòd extraneum interserit casum. & facit C. de his qui à non domi. per totum. & quod subiicit, nam causſæ, &c. redit ad superiora. & facit instit. qui ma. non pos. §. semel. & quod ibi dixi. & C. de prædiis minor. l. v. & de manumiss. vindi. l. j. Accur.

1 Flo. tribuere.

2 Flo. probatas reuocari non oportere dum ne.

S *Vrdi.*] CASVS. Filius surdi, vel muti potest manumittere seruum patris patre volente: quæ voluntas declaratur per nuntium, vel scripturam. secus autem est in filio furiosi, cum furiosus nullo modo possit cōsentire. Francisc.

1 Flo. Item si matrimonii.

f ¶ *Iussu eius.* nutu vel litteris.

g ¶ *Manumittere.* seruum patris, sed fiet: vt ℈. tit. j. seruus furiosi. sed suum sic & sic non obstat ℈. de acqui. hæred. cùm hæres.

S *Iminor.*] CASVS. Propter quamlibet istarum causſarum potest manumittere seruum suum: & hoc dicit hæc lex cum quatuor seq. vsque ad §. plures. ¶ *Plures.*] Plures domini xx. annis possunt simul manumittere seruum suum communem vindicta. Item plures serui possunt pariter vindicta manumitti ¶ *Qui in Italia.*] Prouincia is potest manumittere seruum in Italia, si vult. Franc. Accur.

h ¶ *Filius.* manumittentis. & sic de cæteris.

i ¶ *Elsi. Contingit.* quoquo modo.

De manumissis vindicta.

V Ti [1] filius manumittentis. & sic de cæteris.

i ¶ *Elsi. Contingit.* quoquo modo.

libertas vnius, & alter iure communi habet manumittere: vt C. de ser. com. ma. l. j. a lii hic subaudiunt, cùm probauerit vnus alterius voluntatem. Accur.

NOn est CASVS. Possum manumittere ego minor xx. an. seruū corā iudice sed ēte pro tribunali: & ℈. ā nō sedēte, sed cū ibat causſa lauandi, puta ad stuphas: vel causſa videndi aliquē ludum, & ego Vlpianus cùm essem cum quodā prætore in villa quadam permisi coram eo ibi manumitti: licet ibi non esset præsentia lictoris. lictor enim erat homo qui portabat signa magistratus. h. d. cum l. seq. Fran.

3 ¶ *Pro tribunali.* hoc in voluntaria iurisdictione: vt instī. de lib. §. serui. secus in cōtentiosa: vt C. de dilationi, à procedente. Acc.

b *Eo. Lictoris.*] i. eius qui magistratus insiguia defert. Azo.

Ipsa.] CASVS. Iusta causſa est propter quam potest minor xx. ann. manumittere seruum, si seruus libe rauit dominum à periculo mortis: cùm quidā occidisset eum nisi seruus fuisset, qui adiuuit dominum, vel ab infamia quā aliàs sustinuisset dominus nisi fuisset seruus. Secūdò dicit, minor manumisit seruum causſa approbata coram iudice, nunc vult reuocare, dicens q non fuit iusta causſa manumittendi. dicitur quòd nō auditur Fran.

1 Flor. Ad pud se mit. 2 Fl. præ 3 Fl. Ex memingit

Infamia vitæ periculo cōparatur.

c ¶ *Infamiæve.* quod simile est periculo vitæ: vt suprà quod metus causſa. ifti. §. finali. & facit infrà eod. etiā. §. j.

d ¶ *Tribui.* i. tributam conseruari.

e ¶ ¶ *Prohibendumque.* Not. quòd extraneum interserit casum. & facit C. de his qui à non domi. per totum. & quod subiicit, nam causſæ, &c. redit ad superiora. & facit instit. qui ma. non pos. §. semel. & quod ibi dixi. & C. de prædiis minor. l. v. & de manumiss. vindi. l. j. Accur.

1 Flo. tribuere.

2 Flo. probatas reuocari non oportere dum ne.

S *Vrdi.*] CASVS. Filius surdi, vel muti potest manumittere seruum patris patre volente: quæ voluntas declaratur per nuntium, vel scripturam. secus autem est in filio furiosi, cum furiosus nullo modo possit cōsentire. Francisc.

1 Flo. Item si matrimonii.

f ¶ *Iussu eius.* nutu vel litteris.

g ¶ *Manumittere.* seruum patris, sed fiet: vt ℈. tit. j. seruus furiosi. sed suum sic & sic non obstat ℈. de acqui. hæred. cùm hæres.

S *Iminor.*] CASVS. Propter quamlibet istarum causſarum potest manumittere seruum suum: & hoc dicit hæc lex cum quatuor seq. vsque ad §. plures. ¶ *Plures.*] Plures domini xx. annis possunt simul manumittere seruum suum communem vindicta. Item plures serui possunt pariter vindicta manumitti ¶ *Qui in Italia.*] Prouincia is potest manumittere seruum in Italia, si vult. Franc. Accur.

h ¶ *Filius.* manumittentis. & sic de cæteris.

i ¶ *Elsi. Contingit.* quoquo modo.

enim Senatus censuit.

XIIII. Marcianus lib. iiij. Regularum.

ALumnos magis [1] mulieribus est cōueniens manumittere, sed & in viris receptum est: satisq; est permitti eum manumitti, in quo nutriendo prouidentiorem animum fecerint. ¶ Sunt qui putāt, etiam fœminam [1] posse matrimonij causſa manumittere: sed ita, si fortè conseruus suus in hoc [2] ei legatus est. ¶ Et si spado velit matrimonij causſa manumittere, potest. Nō idē est in castrato u.

1 Fl. fœminas

XV. Paulus lib. j. ad legem Aeliam Sentiā.

ETiam conditionis implendæ causſa minori xx. annis manumittere permittendum est. veluti si quis ita hæres institutus est [1], Si seruum x ad libertatē perduxerit.

1 Flo. sit.

1 ¶ Ex præterito y tempore plures causſę esse possunt: veluti quòd dominum in prælio adiuuerit [2], quòd contra latrones tuitus z sit, quòd eum [3] sanauerit, quòd insidias detexerit: & longum est, si exequi volueris [4]: quia multa merita incidere possunt, quibus honestum sit libertatem cum decreto præstare: quas æstimare debebit is, apud quem de ea re agetur.

1 Fl. adiuuauerit. 3 Fl. quòd ægrum. 4 Flo. voluerimus.

Plures domini minores uiginti annis possunt seruo libertatem dare simul, & plures serui possunt pariter uindicta manumitti. Franc. Accur.

2 ¶ Plures vindicta pariter manumitti possunt, & sufficit præsentia seruorum, vt vel plures manumitti possint. ¶ Absens † quoque causſam probare per procuratorem a poterit.

3 ¶ Si duo matrimonij causſa manumittant, recipi causſa non debet b.

4 ¶ Qui [5] in Italia, vel in alia prouincia domicilū habent, apud alterius prouinciæ præsidem consilio adhibito manumittere possunt c.

Si minor uult manumittere ancillam, ut eam habeat concubinam, non est audiendus. Fran. Glos. ponit casum §. seq

XVI. Vlpianus lib. ij. ad legem Aeliam Sentiam.

ILlud in causſis probandis meminisse iudices oportet, vt nō ex luxuria d, sed ex affectu descendētes causſas approbēt [1]. neque enim deliciis, sed iustis affectionibus e cùm debeat iurari: vt & ℈. e. si collactane. necesse esset alterū periurare cùm duobus nupta esse non possit. vt instit. de nup. §. affinitatis.

c ¶ *Possunt.* hoc in voluntaria iurisdictione: vt ℈. de adop. l. emancipari. §. j. & ℈. de offi. procon. l. j. & ij. in princ. secus in contentiosa: vt in arg. contrario: vt ℈. de iurisdictio. omnium iudi. l. finali.

d ¶ *Lud. Luxuria.* vt pro concubina habeat. Accur.

e ¶ ¶ *Affectionibus.* arg. ℈. de dona. affectionis.

k *Icollactaneus.* i. ex eodem lacte simul lactatus, quem Bononienses fratrem appellant. Accursius.

l ¶ *Alumnus.* qui alit, & qui alitur [2].

a Vide gl. simile in l. j. C. quæ res pigno. obli. pos.

m ¶ *Capsarius.* à capsa in qua quandoque libri ponuntur. aliter quandoq; ponitur pro eo qui pro mercede custodit pannos: vt ℈. de offi. præ. vi. l. pen. in fine. de quo hîc non dicit. Accur.

1 Fl fœminas

n ¶ *Procurator.* i. procurans, ſ. negotia extra ius, aliàs contrà ℈. de procu. si minor. & plene de hoc dixi instit. qui ma. non poſſ. §. eadem. Accur.

o ¶ *Decem & octo.* ſ. qui manumittitur.

1 Flo. sit.

p ¶ *Seruum.* ſ. tantum, sed plures. aliàs est in tex. tantum.

q ¶ *Mulier.* ſ. corrupta: vt dixi ℈. de verbo. sign. l. mulieris. in prin. & facit ℈. qui & à quibus. l. matrimonij. & ℈. proxi. §. j.

1 Fl adiuuauerit.

r ¶ *Oporteat.* nisi iusta causſa impediat: vt instī. q ma. nō possunt. §. eadem. Accursius.

3 Fl. quòd ægrum.

4 Flo. voluerimus.

s *Alumnos magis.* quam maribus: licet maribus hoc cōueniat. R. vel magis quàm nō, secundū M.

t ¶ *In hoc.* vt cum manumittat. Accur.

v ¶ *In castrato.* hoc quia primus pōt contrahere matrimoniū, secundus non: vt ℈. de iu. do. si serua. §. fi. similis differentia fit in adoptione: vt instit. de adop. §. sed & illud. & in substitutiōe posthumi: vt ℈. de li. & posth. l. sed est quæsitum. Ac.

Iste tex. est valde notādus ad hoc propositū, q Pcu. potest constitui ad articulū probationum tā cùm, & text. hoc optimè probat, & non egetaliqua alia interpretatiōe p quo fa. l. j §. ij. infra iudi. sol. Bolog.

x *Tiam. Seruum.* testātis, vel etiā sui: & est iusta causſa, qa lucratur hæreditatē vt ℈. tit. j. causſam. Acc.

3 Flo. hi qui.

y ¶ *Expræterito.* & plures, quàm ex futuro. de quibus quæ pendent ex futuro, dixi ℈. proxi. respon. & l. proxi. §. j. & §. ij. Accur.

z ¶ *Tuitus.* sic ℈. ad Syllani. l. iij. §. fi cum omnes. Accur.

a ¶ *Per procuratorē.* licet manumittere non possit p procuratorē. & C. e. l. neque. Accur.

1 Flo probent.

b ¶ *Non debet.* quia

Universidad de Deusto Biblioteca

a *Si quis minori.* Minor emit à domino seruum, & soluit pretium: sed venditor reddidit ei pretiū posteà ex caussa donationis. Vel dic accepto à seruo, & hoc facit dominus animo donandi id pretium minori. Accursius.

b *Ad libertatem.* scilicet poterit. Irn. sed contrà. ff. de ser. expor. si minor. Sol. euidenter refert, à minore, an à maiore in seruitatione lex dicatur de eo manumittendo. R. vt hic, & ibi, & ff. tit. j. l. is qui. §. nihil. & §. seq. & facit ff. tit. primo, caussam. in prin. Accursius.

2 Flo. ibi in fi. Rite.

Apud proconsulem. CASVS. Apud procōsul ē postquàm exiuit vrbem Romanam, potest minor manumittere. Ité apud legatum eius. Frā ciscus.

c ¶ *Possumus.* vt & suprà de offic. proconsul. l. ij. in princip. Accursius.

d ¶ *Possumus.* hīc est contrà. ff. de offic. procōsul. l. ij. in fi. sed vindicta potest: vt hic, aliter non: vt ibi. vel proconsule præsente, vt hīc, sed non eo absente, vt ibi. vel solue vt ibi. Accur.

3 Fl. deest, ipsum

1 Flo. deest, ex quo prouinciam ingressus est.

Apud filium famil. CASVS. Tria dicit. In prima parte pone casum vt in glo. & diuersis modis secundum quod sunt diuersæ literæ. Secundò prætor non potest manumittere apud collegam suum, & hoc si habes in litera, non: aliàs deest, & dic de hoc vt in gloss. Tertiò, filius seruum patris apud ipsum patrem prætorem potest manumittere volente patre. Fran.

1 Flo. filiū fā. magistratum manumitis potest.

2 Flo. non potest.

e ¶ *Filius famil.* Quidam habent manumittere, & habent, vel subaudiunt pater eius, & secundum hoc dic: licet filius non possit scilicet manumittere seruum patris apud patrem, quod non placet vt in fine huius legis. vel non possit, filius, scilicet minor caussa non probata, sed pater sic apud filiū, cùm sit maior etiā non probata. Vel tertiò, potest pater apud filium. sed filius nō potest apud semetipsum, cùm sit minor: vt ff. de offi. con. l. j. §. fi. secus si esset maior: vt ibidem. & ff. eod. an apud se. & ff. eo. si rogatus. §. fi. quæ videntur contra. aliàs est talis litera. manumitti & non est ibi, pater eius: & secundum hoc dices manumitti à quolibet, licet sit minor. Sed quomodo minor in magistratu est: vt ff. de mu. & ho. l. ad rem? Resp. liberi supplent, vt ff. de mino. l. ij. vel ex certa scientia principis: vt ff. de re iudi. quidam cōsulebāt. Ac.

2 Fl. deest, xxv.

f ¶ *Potest.* quidam habent, non potest: & tunc cōcor. ff. tit. j. apud Sed contrà. ff. de offic. consu. l. j. in fin. sed solue vt ibi. alij fine non, & tunc illa concor. sed hoc est contrà. ff. tit. j. apud. & ibi sol.

g ¶ *Apud patrem.* quid mira: cum & apud se ipsum pater possit manumittere: vt ff. e. an manumittere apud se. & fac it. ff. de ritu nupt. l. matrimonij. Accursius.

h ¶ *In pendenti.* quia si contrahatur matrimonium, liber erit, aliàs non: sed inspecto statu præsenti constat eā ancillam, & sic filiū seruū. sed respectu futuri hoc est: nā si ducatur olim, creditur esse liber. Acc.

SI Rogatus. CASVS. Si minori xx. annis legē seruum hoc acto vt manumittat, dicitur quòd eū debet manumittere indubitāter. sed si ei legassem x. & rogaui eum, vt manumittat seruum suum proprium: tunc est inspiciendum, si tantum vel plus est in legato, quantum valet seruus: vt tūc permittatur manumitti: aliàs non. Vltimò dicit, quod dixi in seruo legato minori, idem in donato hoc modo, vt manumittat. nam manumittere debet, & si non manumittat, constitutio facit eū liberum, nec decurretur, vel ibitur ad consulem.

1 Fl. fuit. 2 Flerit.

¶ *Matrimonij.*] Si minor vult manumittere ancillam caussa habendi eam in vxorem, potest: dum tamen sit talis, quam possit iustè habere, vt non sit filia, vel soror domini, vel simili modo ei cognata. Item dominus minor xx. annis potest manumittere seruum suū, si erat suus filius, vel simili de caussa, qua posset minor masculus manumittere.

3 Flo. quā suprascripsi.

¶ *Consul.*] Minor xx. annis existens consul potest præbere authoritatem manumittere volentibus. Vel aliter minor existens consul habens seruum: caussa approbata coram collega, potest ipse manumittere. Franc.

i ¶ *Quantitas.* vt & ff. de mino. si minor. & ar. ff. de fidei. lib. generaliter. §. si alienum. & C. ad l. Falc. si ea. & ff. ti. j. l. caussam. ij. resp. Accur.

m ¶ *Iudicio.* id est, voluntate.

n ¶ *Eorum.* scilicet seruorum.

o ¶ *Cunctationem.* id est moram. Azo. cùm enim constitutio facit liberum: non est recurrendū. ad cōsulē. Acc.

p ¶ *Matrimonij.* indignè assumuntur, quæ duci prohibentur: vt not. instit. de nup. si aduersus. Accur.

q ¶ *Naturalem.* eundē seruum. Accur.

r ¶ *Supradictis.* ff. eo. l. si minor ann. xx. & l. seq. & l. fin. & l. alumnos. Accursius.

s ¶ *Minor.* xx. an sit. hīc est contrà. ff. de offi. consul. l. j. §. consules. Sol. expone hīc, id est, authoritatē manumittenti præstare: vel solue vt ibi. qualiter minor possit consul esse, dixi ff. eo. l. apud filium.

PAter.] CASVS. Habebam filium, qui Romæ degebat fortè in studio: & cum eo miserā quosdā seruos, qui ei seruirent: tandem epistolam mādaui ad filium, in qua continebatur, quòd possit manumittere quē vult de illis seruis meis, qui secum sunt. ipse filius manumisit corā prætore. Dicitur quòd hæc manumissio tenet, & pater videtur manumittere, & filius quasi ministerium præbet. Franc.

t ¶ *Ei.* scilicet filio.

u ¶ *Habebat.* filium.

x ¶ *Post quam.* scilicet epistolam.

Remittere.

ti, nisi proprium seruum rogatus sit manumittere. hīc enim quantitas emolumenti cōferenda est, quæ ad eum peruenit ex iudicio eius qui rogauit, cum pretio eorum, quos rogatus est manumittere. ¶ Sed & si hac lege seruus fuerit donatus, vt manumittatur, permittendum erit manumittere: ne constitutio Diui Marci superueniens, cunctationem consulis dirimat.

Minor manumittens ancillam caussa habendi eam in vxorem, debet talem ducere, qualem iustè habere potest. Fran.

1 ¶ Matrimonij caussa manumittere si quis velit, & is sit, qui non indignè huiusmodi conditionis vxorem fortiturus sit, erit ei concedē dum.

2 ¶ Mulieri quoque volenti filium naturalem suum, vel quemlibet ex suprādictis manumittere, permittendum esse Marcellus scribit.

Consul minor xx. annis potest præbere authoritatem manumittere volentibus. Vel sic. Consul minor potest seruum proprium caussa approbata corā collega manumittere. Franciscus.

¶ Consul apud se potest manumittere, etiam si euenerit, vt minor xx. annis sit.

XVII. Paulus lib. 50. ad Edictum.

APud procōsulem, postquàm vrbem egressus est, vindicta manumittere possumus. Sed & apud legatum eius manumittere possumus, ex quo prouinciam ingressus est.

XVIII. Idem lib. xvj. ad Plautium.

APud filiū famil. magistratū pater eius manumittere potest, etiam si ipse filius famil. manumittere non potest.

1 ¶ Apud collegam suum prætor manumittere potest. ¶ Filius quoque veluntate patris apud patrem manumittere poterit.

Libertas est in pendenti si minor ancillā prægnantem manumisit caussa habendi eam in vxorem, quia si eam ducat, nascitur partus liber, aliàs secus. Franc.

XIX. Celsus lib. xxix. Digestorum.

SI minor annis xx. apud consilium matrimonij caussa prægnantem manumiserit, eáque interim pepererit, in pendenti erit seruus, an liber sit, quem ea pepererit.

Si quis minori legat seruum ut manumittat, debet indubitanter eum manumittere: sed si quis legat x. minori xx. annis, ut seruum proprium manumittat, tunc debet inspici si tantum sit in legato, quantum uidet seruus, ut tunc manumittat: aliàs secus. Idem in seruo donato, ut eum indubitanter manumittat. h. d. Fran.

XX. Vlpianus lib. ij. de Officio Consulis.

SI rogatus sit minor annis xx. manumittere per fideicommissum, incunctanter debet ei permittere

XXI. Modestinus lib. j. Pandectarum.

APud præfectum Ægypti possum seruum manumittere ex constitutione Diui Augusti.

Si filius mandato uel permissione patris manumittit seruum, liber erit: & pater uidetur manumittere.

XXII. Paulus. lib. xij. Quæstio.

PAter ex prouincia ad filium suum, sciens Romæ agentem epistolam fecit, qua permisit ei, quem vellet ex seruis suis, quos in ministerio secum habebat, vindicta liberare: post quam filius manumisit Stichum apud prætorem. Quæro, an fecerit liberum? Respondi, Quare non hoc concessum credamus patri,

1 Fl. suum. 2 Manuscri. misit. 3 Flo. quæ. 4 Fl. deest. 5 Flo. seu habebat.

a ¶ *Remittere.* id est emendare.

b ¶ *Ipse.* scilicet pater: vt ff. & ff. tit. j. l. si consentiente. qui enim per aliū facit. & c. vt ff. de administr. tuto. ita autem. §. gessisse. Accur.

MAnumissio.] CASVS. Manumissio potest fieri coram lictoribus: & quædam solennitas, quæ erat necessaria, licet nō fiat, pro facta habetur. Fran.

c ¶ *Per lictores* a. id est, per eos, qui deferunt insignia magistratus, vel expone vt dixi ff. eo. l. ego. Accur.

6 Flo. permittere. a Lictores q dicantus pulchrè Beroaldes in Cæsare dictatore circa prin.

PVpilius.] CASVS. Pupillus maior tamen infante potest manumittere seruum coram iudice, & præsente tutore: nec manumissum sequitur peculium. Franc.

+ Arg. huius tex. colligebat Are. in l. j. de verb. obligat. inst. quē sequitur Bartā. Sozi. in d. l. j. in secūdo nota. q. ipse stipulationis solent itas potest remitti per consuetudinem. & dicūt ita voluisse in l. pe. sequi. Bene dictū de Flo. 1 Fl. peculium eam non sequatur. 1 Flo. probationis esse caussā. 2 Fl. Eufidius.

Anumissio.] CASVS. Manumissio potest fieri coram lictoribus: & quædam solennitas, quæ erat necessaria, licet nō fiat, pro facta habetur. Fran.

c ¶ *Per lictores* a. id est, per eos, qui deferunt insignia magistratus, vel expone vt dixi ff. eo. l. ego. Accur.

PVpilius.] CASVS. Pupillus maior tamen infante potest manumittere seruum coram iudice, & præsente tutore: nec manumissum sequitur peculium. Franc.

Quædā solennitas quæ olim erat necessaria in manumissionibus: hodie remittitur. h. d. XXIII. Hermogenianus lib. j. Iuris Epitomarum.

MAnumissio † per lictores c hodie domino tacente expediri solet: & verba solennia, licet nō dicantur, vt dicta accipiuntur.

XXIIII. Paulus lib. ij. aliàs lib. iij. ad Plautium.

PVpillus, qui infans d non est, apud cōsilium rectè manumittit. Paulus e: Scilicet tutore auctore: ita tamen, vt peculium f manumissum non sequatur.

Pupillus non potest seruum suum manumittere, ut eum habeat tutorem: quia hoc effet sibi tutorem eligere, quod tamē pupillo nō permittitur propter infirmitatem iudicij sui. XXV. Gaius lib. j. de Manumissionibus.

SI tutoris habendi gratia pupillus manumittat, probandam f esse caussam Aufidius a ait. Nerua filius cōtrà sensit. quod verius est: nanque perabsurdū est, in eligēdo tutore firmum videri esse iudicium pupilli, cuius in omnibus rebus, vt infirmum iudicium tutore auctore regitur.

d ¶ *Infans.* id est, minor septem annis: vt C. de iure deli. l. si infanti. si autē esset infans, etiam cum tutore non posset, sicut nec iudicium subire: vt ff. de administ. tuto. l. j. §. ita tamen.

e ¶ *Paulus.* addendo, non corrigendo. Accu.

f ¶ *Manumissum.* & hoc est speciale in pupillo: secus in maiore manumittente: vt C. de pec. eius qui lib. mer. l. j. & ff. de pecu. l. si Sticho. & j. titu. j. l. iij. quæ sunt contrà.

3 Flo. sentit.

De manumissionibus quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur.

TITVLVS III.

Omne collegium licitū potest seruos manumittere, & succedent isti de collegio in bonis manumissi prout patroni libertis. Fran.

I Vlpianus lib. v. ad Sabinum.

DIuus Marcus omnibus collegiis, quib⁹ coeundi ius est h, manumittendi potestatem dedit.

II. Idem lib. xiiij. ad Sabinum.

QVare i hi quoque legitimā hæreditatem liberti vindicabunt k.

Ciuitas dās libertatē seruo suo uidetur ei concedere peculiū nisi expresse adimat. Bar.

III. Papinianus lib. xiiij. Responsorum.

SEruus iure. consentiente ordine decurionū, & præside prouinciæ, & dato vicario: vt C. de seruis reipu. ma. l. j.

m ¶ *Peculium.* nominatim, & sic priuato æquialet: vt C. de pecu. ei⁹ qui li. l. j. Accur.

n ¶ *Debitor.* peculiaris.

o ¶ *Liberabitur.* idem & si ademptum: si tamen hoc ignoret, scilicet eum manumissum. & ad hoc ff. de sol. si quis seruo. & l. si seruus. & l. quod seruus. & instit. manda. §. rectè. Accur.

p q r s

DE MANVMISSIS TESTAMENTO.

VM sæpius datur. id est relinquitur.

¶ *Eam.* dationem, vel libertatem. Accur.

¶ *Fauorem habere.* aliàs fauore valere.

¶ *Peruenit.* vel leuius, vel maturius: vt dices ff. eod. l. in libertatibus. Accur.

SEruus l ciuitatis iure manumissus non ademptum peculium m retinet: ideóque debitor n ei soluendo liberabitur o.

De manumissis testamento.

TITVLVS IIII.

Si testator sæpius in testamēto relinquit libertatē seruo, ea uoluntas ualebit. quæ leuius reliquit libertatem. hoc dicit. Franciscus.

I. Vlpianus lib. iiij. ad Sabinum.

VM sæpius datur p seruo libertas: placet eam q fauorē r habere, ex qua s peruenit t ad libertatem.

Fauore libertatis seruus substitutus cum libertate, fit liber: licet hæres nō efficiatur. Ba.

II. Idem lib. v. ad Sabinum.

SI quis ita hæredem instituerit, *Titius hæres esto, si Titius hæres non erit, Stichus liber u hæréque esto:* non esse t Stichum liberum Aristo ait, Titio hærede existente. Mihi videtur posse dici liberum fore: quasi non vtique alio u gradu acceperit libertatem, sed dupliciter x: quo iure vtimur.

III. Pomponius lib. j. ad Sabinum.

NEc militi y minori xx. annis permittitur posse testamento suo seruum manumittere.

IIII. Idem lib. ij. ad Sabinum.

SI quis ita scripserit, *Stichus liber esto, eíque hæres z meus decem dato:* nulla dubitatio est, quin debeantur a z, etiam si eum paterfamilias viu⁹ manumiserit a. Sed & si sic b, *Stichus liber esto: siue statim c, siue post tempus, eíque cùm liber erit, hæres meus decem dato:* idem d dicendum est. Illud constat 3, si libertate data e sic fuerit legatum, *Eíque, si eum vindicta liberauero, hæres meus decem dato:* licet ex nimia subtilitate, separatū f est legatum à testamento: attamen humanitatis intuitu valebit legatum, si viuus eum manumiserit g.

1 Fl. fauore vtilere. 2 Manuscri. ex quo.

IV. Idem lib. iij. ad Sabinum.

IN libertatibus h leuissima scriptura posteà ex interuallo, in tali tamen voluntate quæ valeat. Accur.

1 Flo. Stichus hæres esto. Stichus liber esto.

d ¶ *Idem.* scilicet quòd dentur decem.

e ¶ *Data.* id est relicta in testamento iam facto.

f ¶ *Separatum.* id est recessum, quantum ad libertatem pertinet. R. vel secundum M. separatum, id est legatum.

g ¶ *Manumiserit.* vindicta. & facit ff. de le. ij. Lucius Titius. in prin.

IN libertatibus.] CASVS. Si libertatē relinquo seruo meo in pluribus scripturis, & alio modo in vna scriptura quàm in alia, ei ita bitur, quæ facilius imponit libertatem. & hæc sunt vera, quādo directò relinquitur libertas. at quando per fideicom. tunc ei ita habitur, quæ posterior est. Fran. Accur.

1 Fl. deest, hæres. 2 Flor. debitur ei.

3 Fl. constabit.

h ¶ *In libertatibus.* scilicet directis: in fideicommiss. secus, vt in fin.

huius l. Accur.

a Flor.s. Scilicet scripturæ de libertate. Ité hoc, si separatim cõdiciones sunt datæ. quòd si coniunctim: tunc omnibus parendũ est, aliàs non erit liber: vt j.e.l.qđ vulgò. Quòd si nõ coniunctim, scilicet cõditiones sint appositæ, sed separatim, alteri obtemperare sufficit: vt ȝ. de cond. instit. tu. si hæredi. & ȝ. eo. l.j. Accur.

b ¶ *Intelligatur.* Et si non sit leuissima M. vt suprà, de condi. & demon. sub. sitiersis. & l. quod traditũ. & l. leuissima. & j.e.l. si quis seruo. & arg. instit. de actio. §. hinc.

c ¶ *Nouissima.* Sic in legatis semper: vt d. l. quod traditum est. sic suprà. de codicillis, di ui. §. licet. Accur.

1 *Flor. manumisso.*

2 *Flo. fit.*

Si fructuarium.] CASVS. Quidam habens proprietatem in seruo fecit testamẽtum: & eum, qui habebat vsumfr. in eodem seruo, instituit hæredem: & isti seruo reliquit libertatẽ sub condi. dicitur quòd adueniente condi. ille erit liber. Franc. Accur.

d ¶ *Dominus.* Proprietatis. Alij ecõtrà si fructuarius dominũ proprietatis. Accur.

1 *Flo. dicimus.*

e ¶ *Scripserit.* Aliàs si non fecisset hæredem, si tantum libertatem reliquisset, seruа quod dicitur C. communia de man. l. j. Accur.

2 *Flor. decst, esse.*

f ¶ *Seruo.* In quo habes vsumfructũ. Accur.

g ¶ *Confisione.* aditione hæreditatis. Accur.

h ¶ *Peruenit.* directò, secundum primam literam: per fideicom. secundum aliam: vt C. eo. l. seruo. Accur.

1 *Flo. diligentiam desiderãdam, quæ.*

NEratius.] CASVS. Reliqui libertatem Stichũ seruo meo si nullus mihi filius erit cùm moriar.

1 *Fl. decst, &.*

Dicitur quòd nato mihi posthumo impeditur libertas. Sed pone, quòd nondum est natus: speratur tamen nasci, eritne interim seruus, an liber? & certè si nullus postea nascatur, liber fingitur fuisse retrò. Frãcisc. Accursius.

2 *Flo. responsum est.*

i ¶ *Quod magis.* Id est, retro liberum dico. Accur.

Si ita fit scriptum.] CASVS. Seruo meo qui fuerat meus Castaldio, reliqui libertatẽ, si appareat rationes meas diligenter tractasse, dicitur q̃ erit liber, si appareat q̃ ad vtilitatem domini bene gessit, & bona fide: & reliqua si qua sunt reddidit. Franc. Accur.

k ¶ *Si ita fit scriptum.* Hoc dic vt dicitur C. e. l. iiij. & j. e. qui filium. §. fin. & de statulib. l. Labeo. Accu.

Si quis ita.] CASVS. Legaui tibi seruum sub conditione, vt eum manumittas: & si non manumiseris, iussi eum esse liberũ, & legatum hoc casu ei reliqui. Dicitur, q̃ si non manumittas eum, erit liber ex testamento, & habebit legatum.

¶ *Quod constitutum.*] Quod dictum est suprà, de manu. l. seruus hac lege seruum vetitum in testamento domini ad libertatem perduci, non posse manumittiest verum, quando hic seruus erat testatoris, vel hæredis eius: secus, si esset hic seruus alienus. Franciscus.

l ¶ *Legatus sit.* alicui. Accur.

m ¶ *Legetur.* aliquid.

n ¶ *Rescriptum est.* vt j. eod, quidam. & l. Stichum. & de fideicomm. lib. inuitus. §. fi. & C. si mancip. ita fue. alie. vt manu. l. ij. & iij. Accur.

o ¶ *Quod constitutum.* vt ȝ. de manu. seruus. Accur.

p ¶ *Alieno.* Arg. ȝ. de leg. ij. vnum. §. fi rem. Accur.

Si peculium. JCASVS. peculium cuiusdam serui mei legaui sortè ipsi seruo iusso esse libero, vel alij extraneo posteà vicario, q̃ erat de isto peculio, reliqui libertatem: dicitur q̃ vtrunque tenet & legatum peculij tanquam cuiusdam generis tenet. ¶ *Si seruus.*] Legaui tibi seruum: eidẽ posteà reliqui libertatem. dicitur q̃ liber est, & sic extinguitur legatum. Sed pone, q̃ primò reliqui libertatem seruo. tandem eũ tibi lego. quod istorũ valebit? & si quidem apparet q̃ habuì animum reuocandi libertatem, tunc tenet legatum. si autem dubitetur de hoc, tunc fauore libertatis dicimus libertatem deberi: nec videri reuocatum per hoc legatum. Fran.

q ¶ *Prælegatum est.* Vel seruo libero esse iusso, vel alicui extraneo. Accur.

1 *Flo. adem.*

2 *Manu serv. & legato.*

3 *Fl. dest. si*

r ¶ *Placet.* vt & j. de reg. iur. l. in toto. & ȝ. de lega. iij. seruis vrbanis. §. fin. & de pec. l. si Sticho. & de tri. & colco l. g. l. ij. in princ. & de auro & argento lega. l. j. in princ. nec est contrà ȝ. de pecu. leg. l. seruo manumisso. imò concordat. Accur.

1 *Flo. fideicommissa.*

2 *Flor. ejs.*

3 *Flo. cogit.*

s ¶ *In peculio.* quod est genus. Accur.

t ¶ *Et vicario.* quod est species peculij.

v ¶ *Fore.* vt j. tit. j. si seruus. & arg. C. de fideicom. lib. l. cùm inter. & j. de regu. iur. l. quoties. & facit ad §. ȝ. de leg. j. si post mortem. §. fi. & de leg. ij. si idem. & C. de necessa. ser. hære. instit. l. quidã. in prin. & §. fin. Accur.

4 *Flo. debet.*

Si legato.] CASVS. Tria dicit hæc lex. Primò, legaui tibi seruum, & rogaui per fideicomm. eum manumitti. Dicitur q̃ hæres vel legatarius cogitur eum manumittere: & dicas q̃ est in electione legatarij, vt si vellet eũ manumittere, bene est: alioquin

5 *Flo. debet quinque.*

hæres manumittit. Secundò, reliqui libertatem duobus seruis si darent decem hæredi meo. dicitur q̃ si vnus dat v. erit liber: licet alter sua v. nondũ det. Tertiò, reliqui in testamento libertatem seruo meo pluribus hæredibus instituti. Dicitur q̃ sufficit vnũ hæredum adire hæreditatẽ ad hoc vt libertas debeatur, & sit statim liber. Fran. Acc.

x ¶ *Vel legatarius.* Prout vltimò rogauit: nam post legatum potuit hæredem rogare, per quod videtur reuocare legatum. arg. ȝ. l. proxi. §. fi. vel diç simpliciter vt dicit: & est in arbitrio legatarij vt saltem habeat eum libertum.

y ¶ *Dando.* Quia cit diuidua, aliàs secus: vt suprà, de conditionib. & demonstra. qui hæredi. §. fin. & l. fi quis. & l. cùm fundus. & dixi C. de condit. insert. l. penul. Accur.

z ¶ *Iussus est.* directò.

a ¶ *Vel.* Pro saltem: nam multo magis si omnes adierint.

b ¶ *Liber est.* Sic j. eo. testamento manumissus. §. j. & l. testamento liber. & j. si quis test. lib. esse iusl. l. j. §. ante. & C. de cad. toll. §. in nouissimo. & ar. ȝ. de tu. si nemo. & de contratabu. illud. in prin. & de bonis lib. eriam

lib. etiam. §. fi. & C. eo. l. iij. Accur.

Si quis libertatem.] CASVS. Titius reliquit libertatẽ seruo suo si iurauerit se daturum x. operas. Dicitur q̃ hoc iuramentum nũquam debet sibi remitti. Idem etiã est si reliquit legatum, & libertatẽ simul sub condit. puta si iurauerit se daturum x. operas. nam nec legatum poterit consequi absque iuramento: sed secus si libertatem purè, legatum sub cond. iurandi reliquit. nam tunc remittitur sibi hæc cõditio iuramẽti. Idem si libertatem sub cond. iurisiurandi reliquit. & posteà idẽ testator viu⁹ manumisit. nam hæc conditio remittitur. Fran.

1 *Fl. cõ prosp.*

a ¶ *Conditione.* Puta liber esto si iurauerit decem operas daturum: vt infrà eo. seruũ. & ȝ. de oper. liber. l. vt iurisiurandi. §. j. vel capitolium ascensurum: vt j. de statulib. si quis ita. §. qui ita. Accur.

b ¶ *Edicto prætoris.* mortui, quo remittitur talis conditio iniecta legatis, vel institutionibus: & ideo non est opus adire pro hoc prætorem viuum. vt ȝ. de condi. instit. l. quæ sub conditione. in princ. & §. fi.

2 *Fl. sed tepha ber.*

3 *Vlpi. & hic*

c ¶ *Conditio.* i. conditio iurisiurandi apposita libertati. Accur.

d ¶ *Non potest.* nam sic est in legato sic relicto, quòd licet remittatur iuramentum, debet tamẽ facere quod iurare debebat: & aliàs non habet relictũ: vt ȝ. de condit. instit. l. quæ sub conditione. §. quoties. sed in libertate sufficit si iuret se facturum etsi non faciat: vt j. de condit. & demon. hæc scriptura. in princip. & sic fauore libertatis permittitur fieri, quod facilius est. & facit ad hoc qđ not. C. communia vtriusque iud. l. si eum patruo.

3 *Fl. illud.*

4 *Fl. expresse.*

Libertatis fauore permittitur quod facilius est.

5 *Flor. nec enim.*

e ¶ *Acceperit.* sub eõdit. præfati iurisiurandi. & fa. C. de cad. tollend. §. in nouissimo. Accur.

6 *Fl. Hebrũ. & Flo. dep. mittit fem. vel si &c.*

f ¶ *Idem puto.* s. quòd remittatur iuramentũ.

7 *Flor. vt quo ad alter.*

g ¶ *Legati.* scilicet si iurauerit se daturum decem operas.

Vt ita fuerit.] CASVS. Titius duobus suis seruis reliquit libertatem si insulam ædificarent. Dicitur quòd hæc conditio non potest diuidi: vnde si vnus seruorum vellet facere dimidiam insulæ, & libertatem habere: non auditur. Sed pone, quòd vnus eorum vult ædificare totam insulam, & alter nihil: an ille qui facit, videtur implere condit. quæritur. & dicitur quòd sic: & ipse erit liber: nisi testator aliud senserit: non alius qui nihil facit. Secundò quæritur. Quidam duobus fabris, vel pictoribus reliquit centum si templum depinxissent, vel si nauim fabricassent. & vnus illorum vult facere: & alter non. modò quæritur, an si vnus depingat templum, vel si nauim totam fabricet: habeat tota centum? Et dicitur quòd si appareat testatorem sensisse, & voluisse quòd vterque simul faceret: tunc vnus faciendo nihil dicitur facere: nec habebit legatum, si autem appareat contrarium, tunc vnus solus faciendo opus, habebit legatum, vel ipse totum, vel partem ipse, & partem socius secundum quod voluit testator. Tertiò quæritur: Si

XII. Vlpianus lib. 50. ad Edictum.

SI quis libertatem sub iurisiurandi conditione reliquerit, edicto prætoris locus non erit, vt iurisiurandi conditio remittatur: & meritò. nam si quis remiserit conditionem libertatis, ipsam libertatem impedit: dum cõpetere aliter nõ possit. quàm si paritum fuerit conditioni. Proinde & si quis cũ libertate legatum acceperit: non aliter legatum habebit, nisi conditioni iurisiurãdi paruerit. sed si purè libertatem acceperit, legatum sub iurisiurandi conditione: putat Iulianus libro xxxj. Digestorum, remitti ei conditionem iurisiurandi. Idem puto dicendum, & si libertati quoque iniecta sit conditio, si testator viuus eum manumiserit. nam & hæc conditio legati remittitur.

1 *Flo. adem.*

2 *Manu serv. & legato.*

3 *Fl. dest. si*

Licet conditio sit indiuidua: potest tamen ab uno seruorum impleri ut liber fiat altero cessante: cui cessanti extinguitur conditio semel ab alio impleta.

XIII. Idem lib. v. Disputationum.

SI ita fuerit seruis duobus libertas data, *Si insulam ædificauerint, vel statuam posuerint*, diuidi hæc cõditio non poterit. solummodo illam habebit dubitationem an altero faciente, satisfactum voluntati videatur, ideóque ad libertatem perueniat. Quod magis est, nisi aliud expresserit testator faciendo tamen, sibi conditionem impleuit, alteri non: quinimò extinguitur ei conditio. Nõ enim ampliùs conditioni parere potest, cùm semel expleta sit.

1 ¶ Idem quæri potest, & si fabris duobus, vel pictoribus, si templũ depinxissent, vel fabricassent nauem, quid adscriptum sit. nam voluntatis erit quæstio, num alteri alterius facti conditionem testator iniunxerit: quæres efficit, vt si alter cessat, alteri quoque qui facere paratus est, cõditio deficiat. Quòd si ex iis, quæ scripsit, vel dixit, ostendatur contentus esse testator, vel alterum facere, res expedita erit. nam alter faciendo, aut sibi & socio proderit, aut sibi tantũ: prout voluisse testatorem apparuerit.

Relicta libertate duobus seruis, si rationes reddiderint, potest unus rationes reddendo liber fieri, si separata fuerit eorũ gestio: sin autem simul gesserunt, debent ambo rationes reddere si uolunt ad libertatem peruenire.

2 ¶ Quæstio hæc & in eo tractatur si quis libertatem dederit seruis duobus, si rationes reddiderint. Iulianus enim tractat, si alter reddere sit paratus, alter nõ sit, an alter per alterum impediatur? Et rectissimè ait, si quidem separatim rationes gesserint, sufficere ad libertatem adipiscendam ei, qui rationes suas reddiderit. si verò simul, non aliàs videri alterum paruisse, nisi vtriusque reliqua exoluerit. In reliquis accipere debem⁹, vt & ipsa rationum volumina reddantur.

Coniunctũ uitiosum, fuerit nullum, non impedit libertatem.

3 ¶ Sed & si ancilla cum filiis libera esse iussa sit, etsi nullos habeat, libera tamen erit: vel si habeat quidem, filij autem eius ad libertatem peruenire non possint. Idem erit dicendum, & si ipsa libera esse non possit, filij autem eius ad libertatem peruenient. Nam hæc adiectio, *Cum filiis*, non facit conditionem: nisi mihi proponas aliam sententiam testatoris fuisse. tunc enim pro conditione erunt hæc verba accipienda. Conditionẽ autem non facere, argumẽto est edictũ Prætoris, quo ita cauetur, *Ventrem cum liberis in possessionem esse iubebo.* Placet enim, etsi nulli sint de liberis fint, ventrem tamen ex edicto in possessionem esse mittendum.

8 *Flo. ostendatur.*

9 *Fl. aut & si bi.*

10 *Fl hæc qua stio.*

11 *Fl. gesserit*

12 *Flo. reddi.*

13 *Flo. decst, tamen.*

14 *Flo. primus re.*

15 *Flo. perueniant.*

16 *Flor. est & edictum.*

17 *Fl nulli liberi sint.*

Universidad de Salamanca Biblioteca

Vm seruus. CASVS. Instituí duos hæredes, vnum purè, aliũ sub conditione. seruo meo reliqui libertatem purè: tandem defecit conditio vnius hæredum: & sic non est hæres. dicitur quòd si alter adeat, satis est vt libertas seruo relicta debeatur: & sic erit liber. Fran. Accur.

a ¶ *Libertatem.* adita à cohærede hæreditate: aliàs non: vt ff. de hæred. instit. l. Trebatius. §. fin. & l. seq. licet ibi aliter exponi possit. Accur.

b *Tibum.* facit ff. eo. si quis ita. & quod ibi dixi. Accur.

Sita scriptum. CASVS. Sępronius seruo suo Stichо reliquit libertatẽ cùm Titius annorum xxx. erit. & grauauit hæredem suum vt ei Stichо daret fundum, tunc temporis s. decessit Titius antè, quàm compleret xxx. annos. dicitur q̃ adhuc stabitur per tantum tempus, quo si Titius fuisset viuus, compleuisset xxx. annos: & tunc Stichus erit liber. & hoc est fauore libertatis. secus in legato, quod erat re ipsa ademptum eidem Stichо sub eodem tempore. nam extinguitur. Fran. Accur.

1 Flo. Respondeo.

c ¶ *Eique manumisso.* & sic prima dilatio intelligitur repetita: vt ff. de condit. & demonst. auia. in princip. Accur.

1 Flo. videretur.

d ¶ *Impleto.* quod est si de vltimo anno est tactum: vt ff. eod. si ita fuerit libertas. secus in pecuniariis relictis: vt ff. de condit. & demõ. non putabam. & de his dixi ff. de mino. l. iij. §. minorem. Accur.

e ¶ *Defecisse.* quia in eo est nullus fauor, sed in libertate sic vt hic, & C. de fideic. lib. l. fideicõmissaria. & ff. de statulibe. si seruus. Sed contrà C. quãdo dies leg. ce. ex his. vbi etiã in legato dicit idem. Sed sol. vt ibi. ex qua etiã soluitur ff. de ali. leg. l. liberis. §. ab hæredibus, quæ est cõtrà. Itẽ cõtrà ff. ad Treb. Seius Saturninus. ibi non perit relictũ pecuniariũ, imò q̃d plus est, statim mortuo onerato datur, sed ibi facta erat dilatio fauore eius, cui relinquebatur. ar. ff. de vsur. in fideicõmiti. §. cùm Pollidius. hîc, hæredis fauore. Itẽ in libertate vt contrà, vt ammodo. s. non debeatur: vt C. eo. l. cum testamento. sed ibi incertum tempus alicuius: hic certum fuit positum. Accur.

Libertas. CASVS. Quatuor habet partes hæc l. prima est, reliqui libertatem seruo hoc modo: cùm morietur seruus, sit liber. dr q̃ nullius momẽti est hæc libertas. Secundò, reliqui libertatẽ seruo si non ascenderit Capitolium, dicitur q̃ valet: & tunc erit liber cùm potuerit ascendere Capitolium, & non ascenderit. Tertiò, reliqui libertatẽ seruo meo ita, vt filiis meis rationem reddat, dicitur q̃ purè est relicta libertas: non sub conditione reddendarum rationum: cogitur tamen reddere rationes. Quartò, reliqui libertatem seruo post annos dandam ab hærede meo, non dixi post quot annos. dicitur q̃ post biennium debebitur libertas ab hærede, nisi appareat testatorẽ aliud sensisse, & hoc probetur per hæredem. Franciscus.

f ¶ *Vita serui.* vt & ff. eo. l. fi. & C de Lati. liber. tol. circa princip. & ff. de statulibe. l. cùm hæres. §. j. & ff. de condi. & demonst. hæres meus. §. quamuis. non dantis libertatem: vt ff. eo qui duos. §. j. item non hæredis, nec extranei: vt d. l. hæres meus. j. & ij. respon. Sed contrà supra, quando dies legat. fi cùm hæres. sed ibi in pecuniario relicto. Item

XIIII. Idem lib. viij. Disputationum.

CVm seruus purè liber scribitur, & hæres sub conditione, placet deficiente conditione habere eum libertatem a.

XV. Iulianus lib. xxxij. Digestorum.

Sticham b Sempronio do lego. si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, idẽ Stichus liber esto. quæritum est, quid iuris sit? Respõdi 1, hoc modo libertate data, *si Sempronius non manumiserit, Stichus liber esto.* Sempronium, nisi manumiserit, nihil iuris in Stichum habiturũ, sed liberum eum futurum.

Si fauore certæ rei ieu verba trahuntur ad impropriam significationẽ, talis fauor ad dispositionem sibi coniunctam non trahitur. Bart.

XVI. Idem lib. xxxvj. Digestorum.

SI ita scriptum fuerit, *Cùm Titius annorũ xxx. erit, Stichus liber esto. eique c hæres meus fundum dato.* & Titius antè quàm ad annum xxx. perueniret, decesserit, Sticho libertas competet, sed legatum non debebitur. Nam fauore libertatis id receptum est, vt mortuo Titio tempus superesse videatur 1, quo impleto d libertas contingeret, circa legatum defecisse e conditio visa est.

XVII. Idem lib. lxij. Digestorum.

LIbertas, quæ in vltimũ vitæ f serui tempus confertur, veluti, *Stichus cùm morietur, liber esto.* nullius momenti existimanda est.

¶ Hæc autem scriptura, *Stichus, si Capitolium non ascenderit g, liber esto.* ita accipienda h est, si cùm primùm i potuerit, Capitolium k nõ ascenderit. ifto enim modo peruenit Stichus ad libertatem l, si facultate data ascendendi Capitoliũ, abstinuerit.

contrà C. de hære. instit. l. extraneum. fol. vt ibi. Accur.

g ¶ *Non ascenderit.* si dixit non ascenderit: accipitur cùm primum, & c. vt ff. de condit. & demonst. l. hæc conditio. item secus si dixit, si non ascendam: vt ff. eo. Stichus si codicillis. Accur.

h ¶ *Accipienda.* fauore libertatis. Accur.

Hæc uerba, ita ut, faciunt modum, & potest quis compelli ad modum implendum. Bar.

1 ¶ Hæc scriptura testamenti, Pamphilus liber esto, ita vt m filiis meis rationes 1 reddat. an sub conditione data libertas videretur? quæsitũ est. Respondi, purè quidem datam libertatem: & illam adiectionem, *ita vt rationes reddat*, conditionem n libertati non iniicere: sed 2 quia manifesta voluntas testantis exprimeretur, cogendum esse eum ad rationes reddendas o.

Pluralis locutio, duorum numero est contenta. Bart.

2 ¶ Post annos p indistinctè q liber esse iussus, post biennium liber erit: ídq; & fauor libertatis exigit: & verba patiuntur r: nisi aliud sensisse patrẽfamiliãs manifestissimis rationibus is, à quo libertas relicta est, probauerit.

XVIII. Idem lib. ij. ad Vrseium Ferocem.

QVi duos hæredes instituebat, post alterius mortem seruum liberum s esse iusserat. is cuius ex morte libertas pendebat, viuo testatore decesserat. Sabinus respondit liberum futurum.

Si tempus apponitur substantiæ legati, in dubio tempus incipit à morte testatoris. Bar.

¶ Hæc conditio, *Cùm moriar, liber esto.* vitæ tempus t amplectitur 1: & idcirco inutilis esse videtur. Sed melius est hæc verba benignius interpretari, vt post mortem u suam videatur testator ei libertatem reliquisse. Sed multò magis hęc conditio 2, *Ad annum x liber esto.* ita 3 accipi potest, *Post annum quàm moriar, liber esto.* & licet hoc mo-

Fauoralis sensus in dubio accipiendus est

1 Fl. comprobatur.

2 Fl. desiderio

3 Flor. vel ita

& intelligas post aditam hæreditatem ab alio hærede meo.

¶ *Hæc conditio.* Libertatem tibi reliqui cùm moriar, videtur tempore vitæ meæ tibi dederi libertatẽ. f. tunc cùm sim in articulo mortis: & sic esset inutilis: cùm hoc ego nolui: sed tamen de æquitate dr post mortem meam tibi deberi libertatem. Secundò, reliqui libertatem seruo ad annum. sensus verborum est, q̃ vsq; ad annum sit liber, quod esse non potest de iure: tamen ex æquitate interpretantur hæc verba, vt post annum sit liber. Tertiò, post annum quo hoc testamentum erit factum, sis liber: dicitur q̃ hæc conditio nõ est inutilis fi cõtingat testatorem intra annum mori, quia ille erit liber completo anno incepto à tempore testamenti conditi. Franc. Accur.

s ¶ *Liberum.* nam in vim conditionis fuit relicta, quæ viuo testatore potuit impleri: vt hic, & C. de institu. & substitu. l. fi quis. & ibi dixi. Quid autem si ab hærede foret danda? Respon. idem: vt ff. de fideicõ. lib. cùm verò. & l. si pro non scripta. & C. de cad. tol. §. in primo. item accipe hæreditatem aditam ab alio, vt diximus ff. e. cum seruus. Acc.

t ¶ *Tempus.* nam viuus moritur, non mortuus. vnde ex vi verborũ viuẽte testatore esset liber: & hoc testator noluit, & sic inutilis videtur: vel etiã saltem tempore mortis statim ex vi verborũ debet esse liber. sed hoc nõ vult ius, sed demũ adita hęreditate: vt ff. e. l. testameto. Acc.

v ¶ *Mortem.* quia morte demum relicta confirmantur. Accur.

x ¶ *Ad annum.* vis verborum est, vt interim hinc ad annum sit liber: non post

i ¶ *Primum.* non idem in stipu. hoc modo cõcepta: vt ff. de verb. obl. ita stip. quę est contrà. & plenè dixi ff. si quis cau. & si post tres.

k ¶ *Capitolium.* f. ascẽdere. Accur.

2 Flo. rationes

l ¶ *Ad libertatem.* nisi voluntas defuncti aliàs fit: vt ff. eod. l. fin. iij. respon.

m ¶ *Ita vt.* hoc est quod facit modum.

n ¶ *Conditionem.* aliàs conditioni libertatis non nocere, & aliàs conditionẽ libertati non iniicere. Acc.

2 Flo. tamen quia.

o ¶ *Reddendas.* sic enim est in modo: vt nota. C. de his quæ sub modo. l. j.

p ¶ *Post annos.* aliàs post annos: & tunc plana. & sic facit ff. de verb. sig. l. inter illam. §. ita. aliàs post annum. & tunc plurale pro singulari pone, vel subaudi, vel biennium. & sic facit ff. de lega. ij. si ita relictum. §. fi.

q ¶ *Indistinctè.* i. non determinando numerum annorum. alij dicunt, non determinando incipiat currere ex die testamẽti vel ex morte, sed hoc soluitur in l. proxi. §. fin.

r ¶ *Verba patiuntur.* pluralis enim, &c. vt dicta l. vbi. & not. in dubio fauorabiliorem sensum accipi: vt ff. de iure doti. l. nuptura. Accurſius.

Vi duos. CASVS. Instituí Titium & Sempronium meos hęredes: & si Titius qui erat vnus ex hæredibus decederet, reliqui seruo meo libertatem. dicitur q̃ si Titius decedat etiam me testatore viuo, debebitur libertas seruo:

1 Flor. deest, eum.
2 Flo. legauerat hæres eũ manumisit.

3 Flor. rogo, si te promeruerunt, dig.

2 Fl. debent.

3 Flo sit.

† Iste tex. est not. ad hoc quòd dictio imò, est correctiua præcedentium, licet aliquando addat vel copulet: vt in l. imò de libe. cau. Bolo. Adde tu cex. in c. fi. ottuit. & ibi Panor. nu. v. & ibi apostil. ad ipsum in versi. dictio, imò, extrà de ele. & in c. accedens. j. & ibi iterum not. in apostil. ad ipsũ in versi. si imò, extrà de verbo non contest. de quo omnino per Bal. in l. j. col. viij C. de furt. & Rom. in rubric. de arbi. co. xvij.

1 Fl. Respõdit.
2 Flo. etiam.

non post. sed hoc non vult ius: quia ad diem dari non potest: vt ff. eod. libertas, & ideo fit hæc interpretatio, vt intelligantur verba ex die: quod esse potest vt ff. eo. testamento manumissus. §. j.

a ¶ *Accipiatur.* huic verbo supponit inferior conditio, quæ à testatore posita si accipiatur hoc modo, quo superior, & sic post mortem: nõ tamen erit inutilis quin anno transacto à die testamenti conditi consequatur libertatẽ, & sic tria sunt similia, ad annum liber esto. Itẽ, postquam moriar, liber esto. itẽ post annũ quã hoc testamentũ factũ erit, licèt hæc vltima parum plus habeat vtilitatis, si cõtingat testatorẽ decedere dudum post testamentũ intra annũ, vel etiã post, cũ cõputetur ex die testamenti. Alij econtrà dant suppositũ verbo, accipiatur, per superiorẽ primã cõditionẽ, ad annum liber esto. quæ superior si accipiat hoc modo quo inferior, non rũ erit inutilis, quin à diemortis anno computato competat libertas: & hoc ex interpretatione, non ex vi verborũ. facit ff. eo. si ita. Accur.

Vidam hæredẽ. CASVS. Rogaui hæredem meum vt seruum meum manumittat: & si non manumiserit, iussi eum esse liberum, eidémque legatum reliqui. dicitur q̃ licet hæres non manumittat, tamen hic seruus erit liber ex testamento, & legatum habebit. Franc.

b ¶ *Quidã hæredem,* aliàs quidam hæredẽ, & aliàs quædam hæredem: & aliàs qui fratrem hæredem. Accurſius.

c ¶ *Libertatem direcam.* & sic fuit seruus testatoris, vt C. eod. seruo.

d ¶ *Debetur.* vt & ff. eo. si quis ita fit legatus. in prin.

Seruos legauit. CASVS. Legaui tibi seruos, & dixi, si de te promeruerint rogo vt eos dignos libertate existimes, id est vt eos manumittas. dicitur quòd prætor coget te, vt eos manumittas, quasi semper præsumantur digni, nisi hi serui commiserint aliquod delictum contra te, propter quod videantur indigni. Secundò pone, quòd dixi, quocunque tẽpore vis manumitte quẽ vis de istis seruis. dicitur quòd si tu viuus nõ manumisisti, hæres tuus cogetur manumittere. Franciscus.

e ¶ *Existimes.* id est liberos eos facias. R. vel subaudi hîc, manumittere eos. Accur.

f ¶ *Officia.* id est seruitia, vt C. de nego. gest. officiõ. & not. quemlibet præsumi bonum, nisi probetur malus. sic ff. eo. testamento centurio. in princi. & §. fi. & ff. titu. j. talis. §. fororem. & ff. de leg. ij. cùm quidã. & C. de inoffic. testa. l. omnimodo. Itẽ argu. ff. de lega. ij. cùm pater. §. rogo. & de reb. dub. vtrum. §. j.

Sticho. CASVS. Ego testator in testamento reliqui libertatem seruo hoc modo, Stichus, imò Pamphilus erit liber. quasi ego testator emendare videar errorem circa Stichum. idem erit & si dixi, Stichus liber esto, imò Pamphilus liber esto. nam & hoc casu Pamphilus erit liber prædicta ratione. Franc.

g ¶ *Stichus.* facit hoc ad quæstionem, quam scripsi in auth. de testi. §. quia verò. ibi in glo. sed quid si ille. Accur.

h ¶ *Errorem suum.* ait Africanus: & not. imò correctiuè poni in libertatibus: sic & in institutionibus: vt ff. de hæredi. instituend. si ita scriptum, quandoque non: vt C. de no. co. compo. ibi, imò & mutatam &c.

Vi filium. CASVS. Titius habens filium impuberem, eũ hæredem instituit. & Sticho seruo libertatem reliquit, si redderet rationes argenti quod sub cura eius fuit. tandem ille Stichus seruus partem argenti, quod subripuerat, cũ tutore pupilli diuisit: & tutor scripsit qualiter erant bene redditæ rationes ab ipso seruo Sticho. quæritur, an iste seruus Stichus sit liber. & dicitur quòd non. nam sicut in alienatione rerum pupillarium: ita hic exigitur bona fides. Item si tutuliber grauatus dare pupillo, si det eius tutori, ita demum liberatur & efficitur liber, si seruus, & tutor fraude careant. ita & in nostro casu debebant cauere in reddendis rationibus, q̃ non fuerint vsi fraude: & ideo ratio pro nõ reddita habetur. Vltimò dicit qualiter debet iste seruus Stichus reddere rationem argenti, vt efficiatur liber: & certè illud argentum quod habet de bonis pupilli, debet ei reddere. & si quædam vasa argentea amisisset fine dolo & culpa, nõ tenetur ad ea, sufficit enim si ex bono & æquo rationẽ reddat. Fran. Accur.

1 Fl. parte argenti subtracta.
2 Flo. tutor ei parem.

i ¶ *Parem.* id est rectè eum reddidisse rationem significauit, vt sic eum liberum quasi cõditione impleta ostenderet. R. Accur.

3 Flo placeat.
4 Flo. vel per tut.

k ¶ *Consultus.* ego Africanus. Acc.

5 Flor. deest.

l ¶ *Placet.* vt infrà de sol. si seruus decem. & l. Stichum aut Pamphilum. §. vsumfru. in fine. Accur.

m ¶ *Fraudem.* sic ff. loca. sed addes. in princip. & infrà pro empt. qui fundum. §. si tutor. Accur.

n ¶ *Seruatur.* & tunc demum à tutore facta valida sit alienatio, cùm ipse fraude caret: vt ff. de mino. & si fine. §. j. & l. pen. & C. si aduer. ven. l. ij. & C. de præd. min. l. ij.

6 Flor. & de curatore dicenda.
7 Manuscript. non cõditioni.

o ¶ *Nolit.* scilicet tutor.

p ¶ *Culpa.* etiam leuissima, si cum mandato gerebat, vt C. mandat. l. à procuratore. aliàs leui regulariter, vt C. de negotiis gestis. tutori. nam ita in seruo debet esse, vt si liber gereret. vt suprà de pecul. non solũ. §. primo. secus in libero homine bona fide possesso, qui de lata tantũ tenetur: vt infrà de acquiren. rerum domin. homo liber. in princip. Accur.

q ¶ *Paterfamilias.* sic ff. e. si ita fit scriptum.

Testamento. CASVS. Manumissus in testamento tunc fit liber, quando adita est hæreditas ex testamento, & testamentum tenet: vel si institutus omisit ex testamento, & ab intestato adiuit: & hoc est verum, quãdo libertas erat relicta purè, & sufficit quòd ab vno adeatur hæreditas. Si autem in diem vel sub conditione relicta est libertas, tunc competet libertas cùm dies venerit vel conditio. Franciscus.

r ¶ *Hæreditas.* vt C. eo. l. ij. Accur.

s ¶ *Omissa.* in fraudem. aliàs secus: vt C. si omiss. sit caussa testa. l. j. in princip. & in fine.

a ¶ *Vel.* pro saltem. Accur.
b ¶ *Ab vno.* vt & ℨ.eo.l.testamento. & ℨ.eo.si legato seruo.§.fi. sic in tutelar. vt ℨ.de testamentaria tutela.l.si nemo.
c ¶ *In diem.* id est ex die, non ad diem: vt ℨ.e.l.libertas.
d ¶ *Exiterit.* sic ℨ.de verb.sign.cedere. & C.de cad.to.§.sinautē. Acc.

Nominatim.]CASVS. Serui nominatim videntur manumitti etiam, quando non nomen eorum ponitur, sed nomē officij, quod habebant: vt si dicam, seruum meum pictorem liberum esse volo: vel sic, seruum meum dispensatorem liberum esse volo: vel simile per quod cognoscitur. Fran.

e ¶ *Nominatim.* facit ℨ. eod. l. nominatim. Accur.

f ¶ *Officio.* hæc differunt inter se: vt ℨ.de lega.iij.l.legatis.§.j.

g ¶ *Denotati.* vt ea demonstratio fungatur vice nominis. R. vt ℨ.si cer. pet. l. certum est. Accur.

h ¶ *Filius.* cùm vnum solū filiū habet: vt ℨ.de lib. & posthu. l. ij. & semper subaudi, liber esto. si autē nō apparet de quo sentiri, obtinet quod dicitur ℨ.eo. cùm ex pluribus.

Testamento.]CASVS. Libertas testamento relicta tunc valet, cùm hæreditas aditur etiam ab vno: & in eo gradu erat relicta, & purè erat relicta. Fran.

i ¶ *Gradu.* institutionis vel substitutionis. sic ℨ.de lega. præstan. sed & si pro dote.§.nō omnia. Sed quid si ab instituto libertas, à substituto hæreditas relinquatur eidem? videtur non deberi libertas, cùm institutus nō adeat, per l.istam. Sed argum. contrà ℨ. de lega.ij. cùm pater. §. ab instituto. sed respon. vt no. C. si quis omiss. cau. testa. l.j.

k ¶ *Purè.* alioquin seeus: vt ℨ. eo. testamento. in fi. Accur.

l ¶ *Manumissus.* id est manumitti iussus. arg. contrà huic l.C.eod. l. iij. Accur.

1 Flo. tum.

quàm adita fuerit hæreditas, vel [a] ab vno [b] ex hæredibus. Si autem in diem [c], aut sub cōditione libertas data est, tunc cōpetit libertas, cùm dies venerit, vel cōditio extiterit [d].

Serus nominatim videntur manumitti etiā quando non nomen eorum ponitur, sed nomē officij quod habebant, veluti pictorem, aut pistorem. h.d. Fran.

XXIIII. Gaius lib.j. Quotidianarum, siue aureorum.

NOminatim [e] videntur liberi esse iussi, qui vel ex artificio, vel ex officio [f], vel quolibet alio modo euidenter denotati [g] essent, veluti dispensator meus, cellarius meus, cocus meus, Pamphili serui mei filius [h].

Libertas testamento relicta tunc valet, cùm hæreditas aditur etiam ab uno, & in eo gradu erat relicta, & purè erat relicta. Fran.

XXV. Vlpianus lib.iiij. Regularum.

TEstamento liber esse iussus, tunc [1] fit liber, cùm adita fuerit hæreditas qualibet ex parte: si modò ab eo gradu [i], quo liber esse iussus est, adita fuerit, & purè [k] quis manumissus [l] sit.

Si quis instituit aliquem, & substituit seruum cum libertate, & si primus hæres erit, legatum reliquit seruo non expressa libertate, seruus iste liber erit etiam isto casu.

XXVI. Marcianus lib.j. Resposorum.

DIuus Pius & Diui Fratres fauorabiliter rescripserūt, cùm seruo cum libertate substituto, legatum erat [m], si hæres non esset, nō adscripta libertate [n] perinde habere, atque si adscripta ei [1] esset libertas [o].

1 Fl. si adscripta & libertas.

XXVII. Paulus lib. j. ad legē Aeliā Sentiā.

QVi potuerunt [1] apud consilium manumittendo ad libertatē perducere [p], possunt etiam necessarium hæredem facere vt hæc ipsa necessitas probabilem faciat manumissionem [q].

1 Fl. potuerint.

Seruus cui libertas relicta est, his duabus conditionibus hac lege expreßis: utroque casu liber erit. h.d.

Iuus.]CASVS. Titius in testamento suo scripsit Sempronium hæredem: & si hæres non esset, substituit seruum suum Stichū cum libertate. Item si Sempronius erit hæres, reliquit legatū Stichō. dicitur quòd videtur & ei libertatem relinquere etiam in hoc casu. Franciscus.

m ¶ *Legatum erat.* hoc modo, si hæres, &c. Accur.

n ¶ *Libertate.* i. non habita mentione libertatis in legando. Accur.

o ¶ *Libertas.* habebit ergo legatum & libertatem si hæres non erit, quod erit adeunte instituto, sed videtur neutrum habere: vt C. de necessa. ser. insti. l. pen. §. illo. quæ est contrà. Sol hic videtur repetita cōditio libertatis, quæ erat appositа in substitutione, vt ℨ.de condit. & demon. auia. & de condit. instit. l. cùm seruus. Accur.

Qui potuerunt.]CASVS. Sicut minor xx. an. potest dare libertatem seruo sub certis de caussis, ita potest eum instituere sibi hæredem necessarium, & per hoc liberum efficere, quasi & hæc sit caussa iusta, habere eum in hæredem. Fran. Accur.

p ¶ *Perducere.* qui numerantur insti. qui manu. non poss. §. eadem. & ℨ. tit. ij. l. si minor an. xx. & l. seq. Accur.

q ¶ *Manumissionem.* id est caussam manumissionis. Azo. etiā si non subsit aliqua de prædictis. sic ℨ. titu. ij. l. illud. §. j. sic iure institutionis licet, quod aliàs non liceret: vt instit. qui manumitte. non poss. in princ. & §. licet. Accur.

Institutionis iure licet, quod aliàs non licet.

Tichus.]CASVS. Ego testator dixi in testamento, Stichus sit liber, si codicillis eum non vetuero esse liberū, dicitur quòd perinde est, ac si dixissem, si in Capitolium non ascendero, sit liber. nā vtroque casu me mortuo erit liber, si nō reuocaui in codicillis, vt in primo casu. vel si nō ascendi Capitoliū: vt in secundo. Vltimò dicit: q̄ hæres potest instituī sub aliqua de prædictis conditionibus. Fran. Acc.

r ¶ *Non ascendero.* quæ conditio locum habet me mortuo: vt arg. ℨ.de ver. obl. quicquid. §. fi. & de his dixi ℨ.e. libertas. §. j. Acc.

Vxorē.]CASVS. Quidam habens vxorem prægnantem, eiecit eam de domo, accepit aliam: expulsa in aliqua domo voluit stare, & peperit. postea partum eiecit fortè ad aliquod hospitale. aliquis recollegit eum, & tenuit eum, & nutriuit. pater istius pueri veniens ad mortem, nesciebat de isto filio quid esset, an sit viuus vel non instituit quendam alium hæredem, & de isto puero nihil dixit: reliquit seruis libertates. ille institutus adiuit hæreditatē. nūc hic puer venit: & probat se filium defuncti. & sic testamentum ruptum dicit per prætеritionem: obtinuit: & sic habet bona. modo quæritur, quid erit de libertatibus. & dicitur quòd postquam serui fuerunt vt liberi per spatium quinquennij, ammodo non debent reuocari in seruitutē. Franc.

1 Flor. rescissus vsque.

2 Flo. desse.

3 Fl. restituit.

4 Flo. genuit.

5 Flo & quantis.

6 Flo. fuerit.

s ¶ *Sublatus.* i. natus.

t ¶ *Vsque.* cum sequentibus iunge. Accur.

u ¶ *Ab eo.* s. patre.

x ¶ *Viuorum.* i. an esset viuus. Accur.

Ordinatum legē Papiā dicētis, & vetustissimi dicit. ita. si seruatur vxor, si seruus, quatuor. ex plurib. deinde hi. mō l. liber tas.

1 Flo. desse.

1 Flo. potestate.

1 Flo. si sic.

y ¶ *Non valere.* in quo præteritus est: vt instit. de exhære. lib. in prin. Sed contra ℨ.de inoffic. testam. fi instituta. §. fina. Sed ibi fuit matris præteritio, quæ habetur pro exhæredatione, vt institu. de exhære. lib. §. matris. hic patris. Accur.

z ¶ *Studium.* dabunt tamen xx. aureos: vt arg. ℨ.de inoffi. testam. Papinianus. & est hic speciale. aliàs contrà. vt C. de fideicommiss. l. eam quam. sed per auth. videtur esse ius commune: vt C. de lib. præ. auth. ex caussa. & facit C. de inoffi. testam. cùm ex caussa.

Si serui.]CASVS. Seruo meo licet ab hostibus capto possum relinquere libertatem, & reuersus ab hostibus habebit eā: licet neq; mortis meæ tempore, neque testamenti fuerit meus, sed hostiū. Fran. Accur.

a ¶ *Peruenerint.* ſiure postliminij, si reuersi fuerint. R. sic & legati. vt ℨ.de leg.j. id quod. & ad hoc ℨ.eo. tit. ab omnibus. §. etiam. & ℨ. tit. j. generaliter. §. hostium seruo. & ℨ. fam. ercis. l. propter.

b ¶ *Tempore.* ℨ.eo. seruus. contrà. solue vt ibi.

Libertas.]CASVS. Libertas nō pōt dari ad rēpus: vt sic, sis liber vsq; ad x. an. & si tale tempus apponitur, tollitur: & erit ppetua. & h.d. hæc l. cum l. ideoq;. quæ est ℨ. proxi. quā continua cū ista. Fran.

Non

a ¶ *Non potest.* vt sic relicta valeat: sed adiecto tempore valet libertas: vt ℨ.eo. ideoq;. quæ potest huic cōtinuari. sic ℨ.de seruis. l. iiij. & ℨ. de hære. instit. hæreditas. & de adop. quia situ. sed ex eo die potest dari: vt ℨ.eo. qui duos. §. fin. & l. testamento manumissus. §. fi. & ℨ. eod. si ita. arg. contrà ℨ.de reg. iur. l. actus. Accur.

b *Cvm ex pluribus. Nullus.* vt ℨ.de reb. dub. si fuerit. & hoc in directis secundum quosdā, secus in fideicommissariis: vt ℨ.de statuli. Labeo. in fi. & C. de fideicom. lib. l. cùm inter. & l. penu. quæ sunt contrà qđ non placet: imò idem in fideicō. vt ℨ. de reb. dub. si quis de pluribus. & dictæ leges in certis casibus loquuntur. secus si legetur Stichus: nec apparet de quo. vt ℨ.de lega. j. si quis à filio. §. si quis. & sic est deterior conditio libertatis: quod est speciale. Item non ob. C. de ver. sig. l. cū quidam. quia ibi alternatiuè: & sic ponitur vel, pro &. Item nec ob. C. cōmunia de leg. l. si. in princ. quia & ibi alio casu dicit. Itē not. hic in dubio esse neutrum. sic suprà, de testa. tut. duo. & d. l. de re. dub. si fuerit. & suprà de rei vend. si frumētum. §. fin. & de in diem ad di. cùm duo. in fi. & ℨ. de hære. inst. in tēpus. §. j. sed videtur hodie hæc lex corrigi: vt institut. de legā. §. libertas. & §. sed nec. sed ibi de tali incertitudine dicit, quæ ad certitudinem reduci potest. Item argu. contra. huic l. ℨ.de his, quæ in testa. delen. l. ij. in fin. sed alio modo erat ibi dubium. Accur.

1 Fl. lex 31.

2 Flo. 32.

Libertatis quandoque deterior est conditio.

1 Flor. fit.

1 Flo. operarū.

Sciendum est.]CASVS. Filius institutus licet abstineat ab hæreditate, libertates tamen tenent, nisi sint relictæ in fraudem creditorum. Franc. Accur.

c ¶ *Necessario.* s. filio, qui est suus, & necessarius. hic quidem potest abstinere, seruus autem qui est tantum necessarius, non potest: vt inst. de hæred. qua. & diff. in prin. & §. sui. & §. sed & his. Accur.

d ¶ *Competere.* quia remanet hæres nomine. vt ℨ. ti. j. cùm quasi. §. sed & si quis. & ℨ.de bo. lib. l. vj. §. si filius. nō re: vt ℨ.de interrog. act. si filius. nec ob. C. eo. si hæreditas. quia in extraneo hærede ibi dicit. & de hoc dixi C. si minor se ab hæred. abstin. l. j. Accur.

e ¶ *Nō in fraudē.* puta si fraudē creditorū: vt inst. q ma. nō pos. i prin.

f ¶ *Deoque.* hæc iungitur superiori l. libertas. & dic vt ibi.

g ¶ *Superuacua est.* libertate cum effectu procedente.

Seruius.] CASVS. Ad hoc vt directa libertas possit dari seruo, est necesse quòd seruus sit testatoris tempore, quo testatur: item tempore, quo moritur. Fran. Accur.

h ¶ *Fuerint.* re vel spe: vt ℨ.eo. serui. quæ est contrà. Item hoc in directa seeus in fideicom. vt C. eo. tit. seruo. & facit ℨ. e. libertates, & l. verum est. & insti. de hære. qua. & diffe. §. in extraneis. Accur.

Et num.]CASVS. Reliqui libertatem seruo meo si iuret se daturum decem operas Cornelio meo filio. dicitur q̄ si iurat erit liber non tamen tenetur nec obligatur ex iuramento, nisi iuret factus liber: scilicet post manumissionem. Franc.

i ¶ *Implere.* sic ℨ. de statuli. l. Stichus si hæredi. & ad Treb. hæredibus. in fin. & ℨ. de cond. & demon. Mæuius. & dixi ℨ.e. si quis libertatem.

k ¶ *Non obligatur.* vt ℨ.de op. liber. vt iurisiu. & ℨ. de libe. cau. l. fi. & quarum re. ac. non da. l. j. §. quæ onerandæ. sed fallit C. an ser. ex suo fac. l. promissæ. Accur.

potest [2].

Incertitudo rerum & personarum vitiat legatum. Bart.

XXXII. Idem lib. lxxiiij. ad Edictum.

CVm ex pluribus eodem nomine seruis, vnus liber esse iussus non appareat qui sit, nullus [b] liber est.

Existentia sui hæredis confirmat libertates. b. d. Bart.

XXXIII. Vlpianus lib. lxv. ad Edictum.

SCiendum est, necessario [c] hærede existente, quamuis se abstineat, tamen libertates competere [d], si modò non in fraudem [e] legis Aeliæ Sentiæ datæ fuerint.

XXXIIII. Paulus lib. lxxiiij. ad Edictum.

IDeóque [f] si ita scriptum fuerit [1], *Stichus vsque ad annos decem liber esto.* temporis adiectio superuacua est [g].

XXXV. Idem lib. 50. ad Edictum.

SEruius existimabat, iis posse seruis dari testamento directā libertatem, qui vtroque tempore, & quo testamentum fit, & quo moritur [1], in testatoris fuerint [h] potestate, quæ sententia vera est.

1 Flo. moritur, testatoris fuerunt que &c.

Cui relicta est libertas, si iuret x. operas se daturum filio meo, si iurat, erit liber, non tamen tenetur ex iuramento nisi iuret factus liber, id est post manumissionem. Bart.

XXXVI. Idem lib. vij. ad Plautium.

SEruum testamento ita manumisi, *Si iurauerit se Cornelio filio meo decem operas* [1] *daturum, liber esto.* Quæritur, quid iuris sit? Et sciendum est iurando seruum conditionē implere [i], sed non teneri operarum nomine: quia nisi post manumissionem iuret, non obligatur [k].

1 Flo. operas.

Iuran. test amēto. in prin. & ℨ. si cer. pe. certū est. & ℨ. e. l. nominatim. Ac.

Libertas.] CASVS. Relinquo tali libertatē cùm per ll. licebit, tenet hæc datio, & erit liber, nisi leges prohibeant eū posse manumitti, quod quandoque faciunt. Fran.

m ¶ *Licebit.* licebit autem si leges non prohibeant: vt ℨ.ex quib. caus. necnon. §. j. prohibent enim quandoque: vt ℨ. de ma. l. leg. Flauia statim ergo erit liber, si lex non prohibet. Acc.

Tichus.] CASVS. Stichus seruus meus cùm eum hæres aliena uerit, liber esto. hæc datio libertatis nō tenet: & reddit rationē, quia libertas in id tēpus cōfertur quo alienus esset, nec videtur aliud in statulibero. nā hæres vendendo interim statuliberum adueniente cond. bene fit liber, licet reperiatur alienus. & hoc est ideo quia factum hæredis non potest perimere factum defuncti. Posteà dicit: libertas & legatū similia sunt in hoc, q̄ vtrunque relictum sub condi. non deberet ante condi. Vltimò dicit: quidam in testamento reliquit libertatem seruis suis hoc modo: relinquo libertatem talibus seruis, cùm hæredis esse desierint. non valet talis donatio libertatis. Franc.

1 Flo. Quippe.

2 Flo. Aut.

n ¶ *Libertas.* directa: vt & C. e. seruo. secus si dicat, nolo q̄ alterius seruitutem patiatur: vt ℨ. titu. j. cū fidei. sed hæc ratio quæ sequitur, nō videtur bona: vt C. si man. ita fu. al. ne ma. l. ij. ſ. d hic aderat solius relinquētis voluntas: ibi vtriusque pacisc entis fuit, vnde succedit consti. etiam eo tēpore, quo iam desiit esse tradentis. Accur.

1 Flo. fuisse re.

o ¶ *Perimitur.* vt C. eodem. statuliberis.

Eo modo. Tribus modis expone. Primò, si hæres meus Stichum alienauerit, lego x. eidem seruo. nam non valet quantum ad seruū: sed quantum ad emptorem cui acquiritur, sic. vt C. de cad. tol. §. in nouissimo. Sc cundò, sic, si hæres meus Stichum alienauerit, eundē Stichum Titio lego, nā non valet vt directò transeat dominium in Titium. & secundùm hos duos fit similitudo inter hunc & primum casum l. Tertiò secundū R. q̄a siue libertas, siue legatū sub cōditione (puta si nauis ex Asia venerit) relinquatur: est idē, quia interim pēdet vtrunque: adueniente conditione, valet vtrumque: ea deficiente, vtrunque deficit. & secūdum hoc dico eo modo. i. sub conditione. & nō respicit primū casum l. sed illud, quod vtiliter est data libertas. & hoc dicit hic Io. his verbis, dato scilicet ipsi seruo, vel data, scilicet sub conditione, vel non: transit directò ad legatarium. Accur.

q ¶ *Vtilem habet.* facit ℨ.de vsufru. Titio. ad primum casum legis. & vltimum. & caue: quia non vetuit alienare, aliàs si vetuisset alienare non teneret: vt ℨ.de leg. j. filiusfamiliàs. §. diuus. Accur.

Iuran.]CASVS. Grauaui hæredē vt seruum Stichum daret Titio. Item grauaui istum eundē hæredē, vt manumitteret istū Stichum. dicitur q̄ libertas debetur, legatum non. Secundò, legaui purè seruum Stichum Titio. postea per fideicommissum grauaui hæredem meum, vt manumitteret istum Stichū si nauis ex Asia venerit. Dicitur, q̄ hæres meus non aliter debebit dare Stichum legatario, quàm si faciat sibi caueri, existente condi. libertati istum Stichum restitui. Vltimò dicit, quod dictū est in prima parte quòd hæres manumittat Stichum, nihil autem dabit legatario, verū est, nisi appareat testatorem voluisse legatarium habere æstimationem Stichi serui. Franc.

Iuberi.]CASVS. Si testator dixerit, *Iubeo* [1] *Titium hæredem meum dare Stichum seruum meum Titio*, non valet legatum, quia non dixit, *Do lego*, sed *Iubeo*, quod non valet. Fran. Accur.

1 Flo. iubeatur.

Ominatim. Cōtinetur. puta dixi in codicillis, ille, quē in testamēto nominabo, vel nominaui, liber esto. ad qđ ℨ.de cōd. insti.

r ¶ *Iubeatur.* per fideicomm. vt ℨ. patet, nam &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ *Seruo.*purè legato.& habes etiam hunc casum j.titu.j.ſi pater. §. cùm ſub conditione.

b ¶ *Detur.*ab hærede legatario.

c ¶ *In omnibus.*libertatem fideicommiſſ.legato præferri diximus,& merito,nam,&c.R.

d ¶ *Datis.* quare conſtat,præferri tali legato vt ſ. d.ſi peculium. §.ſi. Ferè autem dicit, quia directa proprio: fideicom.etiam alieno ſeruo relinquitur:vtC. eo.ſeruo,& de fideicō. liber.deberi.& ſ. eod. ſeruus. Itē directa puta relicta ſtatim competit adita hæreditate: vt ſ.eo.teſtamento. fideicommiſſaria nō niſi præſtetur: vt inſtitu. de ſing.re.per fideicō. reli.§.libertas. Tertia differētia eſt j.e.libertates. Quarta colligitur C. qui manu. non poſſ.l.j. & fin. Quinta, quia directa etiam nō petita ipſo iure cōpetit:vt ſ.eo.teſtamento. §. j. fideicōmiſſaria nō vt C.de fideicom. lib. I,ſi voluntate.in fin.

e ¶ *Eam veram.*libertatem præſtare hæredem debere : æſtimationem non ſufferre: vt in princi.l. dixit Iulia.& facit ſ.de leg. ij. ſi pluribus. & de lega. iij.l.iij.§.Iulianus.

1 Flo. deeſt,in.

2 Flo. & in hoc.

3 Flo. quātumlibet.

4 Flo.ero.

5 Flor. poteſt

6 Flo. componenda.

7 Flo. haredi

a Adde qd no.in l. placuit. in apoſtil.i ver.qua ſi annum vigeſimum cōpleuerit. ſupra. de manumiſſi.quibus adde gl. ordi.in c. ſub diaconus.in verſic. nō mi nor.annisviginti. lxxij. diſt.& in cleros de regula.

† Roma. & Alex.in l qui bona §. ſi in pe.eo ſupra. dedā.inſe. di cūt iſtū téx. fin.ad hoc q̄ licet aliàs ꝑ miſſio annua vel in ſingulis annis deberetur in fine anni: fallit fauore libertatis vel alterius piæ cauſſæ. quia tūc ſtatim debetur.Bolog.

Flo. ea vera eſſe.

Flo. ſed & eum.

Libertas directa & fideicom. differunt.

Flor. daretur

Flo. teſtatu mi.

libertatem reddiderit*. ¶ Sed & ſi [2] ſub conditione ſeruo [a] libertas per fideicommiſſum detur, & ipſe præſenti die detur [3] [b], non aliter tradere eum cogetur,quā vt caueatur, exiſtente conditione libertati eum reſtitutum [4] iri.nam in omnibus [c] ferè cauſſis fideicommiſſas libertates pro directo datis [d] habendas.Sed Offilius aiebat, ſi adimendi legati cauſſa fideicommiſſam libertatem teſtator dediſſet,eā [5] veram [e] eſſe. ſi verò onerari hæredē à teſtatore legatarius oſtenderit, æſtimationem nihilominus legatario præſtandam.

Differentia eſt inter has duas locutiones, Relinquo libertatem ſeruo meo xij anno poſt mortem meam: & relinquo poſt xij. annos. Nam primo caſu ſtatim illuceſcente prima die xij anni,competit libertas:ſecundo uerò non niſi tranſacto toto xij.anno.

XLI. Idem lib.vij.ex Plautio.

Si ita fuerit libertas relicta, *Stichus ſeruus meus anno xij.poſtquā ego mortuus ero, liber eſto.* verifimile eſt,in [1] principio [f] duodecimi anni eum eſſe liberum [g]. nam mortuum hoc ſenſiſſe,& inter [2] hos ſermones duodecimo anno, & poſt duodecim annos,multùm [h] intereſt. Et ita loqui ſolemus, Duodecimus annus eſt,cùm quātumlibet [3] ex duodecimo anno veniſſet, aut præteriiſſet. & qui duodecimo anno liber eſſe iubetur,omnibus diebus anni liber eſſe iuſſus eſt.

1 ¶ Sed ſi ita [i] ſit ſcriptum in teſtamento,*Stichus ſeruus meus hæredi meo mille numos anno biennio,triennio poſt quàm ego mortuus fuero* [4], *ſi ſoluerit, ſatisve fecerit,liber eſto.* non poterit [5] is ſeruus niſi triennio prætorito liber eſſe:niſi præſentem eam pecuniam ſoluat, aut ſatisfaciat.compēſanda [6] [k] enim eſt hæredibus [7] libertatis celeritas præmaturæ pecuniarum ſolutioni.

¶ Labeo ſcribit †: ſi ſic libertas relicta ſit, Stichus intra annum poſt quàm mortuus fuero, liber eſto.ſtatim [l] eum liberum eſſe. nam & ſi ita ſit ſcriptum [8], *Si intra annum decem* [9] *hæredi meo dederit, liber eſto.* ſtatim ſoluē̄do [10],eum liberum eſſe ſine mora futurum.

XLII. Marcellus lib.xvj.Digeſtorum.

Si quis ita ſcripſerit,Illum [m], illius [n] libertum eſſe volo,& ſeruus libertatem petere poteſt, & ille vt habeat [o] libertum.

XLIII. Modeſtinus lib.ſing. de Manumiſſ.

Libertates directe & teſtamento,& codicillis teſtamento cōfirmatis [p] rectè dantur: fideicommiſſariæ [1] & ab inteſtato, & codicillis non confirmatis relinqui poſſunt.

Si quis ſub modo relinquit libertatem,ſtatim adita hæreditate competit libertas :ſed iudicis officio compellitur factus liber implere modum appoſitum in teſtamento.Bart.

XLIIII. Idem lib. x. Reſponſorum.

Maecuia decedens ſeruis ſuis Sacco [1] & Eutychiæ, & Hirenæ ſub conditione libertatem reliquit, his verbis : *Saccus* [2] *ſeruus meus, & Eutychia, & Hirene ancillæ meæ, omnes ſub hac conditione liberi ſunto, vt monumento* [q] *meo alternis menſibus lucernam accendant, & ſolēniamortis peragant.* quæro, cùm aſſiduè [3] monumento Mæuiæ Saccus, & Eutychia, & Hirene non adſint, an liberi eſſe poſſint [4]. Modeſtinus reſpondit, neque contextum verborum totius ſcripturæ,neque mēte teſtatricis eam eſſe, vt libertas ſub conditione pœnę [5] ſuſpenſa ſit, cùm liberos eos monumento adeſſe voluerit [6]: officio [r] tamen iudicis eos eſſe compellendos teſtatricis iuſſioni parere,dixit.

Locutio coniunctiua compellit ad utrunque implendum:ſecus in diſiunctiua.

k ¶ *Compenſanda.*aliàs cōpenſanda,aliàs cōponenda. & dic id eſt & xequenda.ſicut enim ſoluendo totum ante triennium cōpletum liber tatē conſequi non poteſt:vt j.de ſtatulibe.cùm hæres.§.ſeruire. & l. ſi triennio.ita niſi ſtatim cōpleto triennio ſoluat:liber non erit,ſecundum quoſdam.Sed certè imò videtur q̄ etiā ante completum triennium ſoluendo totum, libertatem petere poſſit, vt hic innuit, niſi præſentem,&c.& j.de ſta.lib. ſtatuliberos. §. Stichus.& l.ſi peculiū. §. quædam. dic ergo, ſicut hæres non poterit eum cogere vt prēmaturè ſoluat.j.de ſtatulib.ſi ſeruus. §. imperator. ita ſeruus faciēdo ſeram ſolutionem non cogit hæredem ad præſtādam libertatem. vel retento hoc ſenſu quòd poteſt antè ſoluendo conſequi libertatem : dic q̄ hæres compenſet maturam ſolutionem pecuniæ,quæ ſibi fit,maturæ libertati, quam dat.& ſic eſt plana. & pro hoc eſt dictus §. Stichus.in fi. ſed ad l. de ſtat.lib. ſi triennio. reſpondebis vt ibi. & ad aliam. cum hæres. dic q̄ in faciendo erat: vt prædic.§. quædam. l ¶ *Statim.*adita tamē hæreditate:vt ſ.e.l. teſtamento.Accur.

8 *Flor. deſi ſcripsum.*

9 *Fl decem.*

10 *Flo.ſolue*

Iſquis.] CASVS. Ego teſtator ſic dixi, Stichum ſeruum meum Sempronij libertum eſſe volo. Dicitur q̄ per hæc verba Stichus poteſt petere libertatem.Item Sempronius poteſt petere, vt habeat eum in libertum. quod fiet, ſi tradatur ei ad manumittendum. Fran.

m ¶ *Illum.* ſeruū meū, vel alienum.

n ¶ *Illius.* extranei.

o ¶ *Habeat.* quod fit ſi ei ad manumittendū detur.

Libertates.] CASVS. Directa libertas poteſt dari in [1] teſtamento & in codicillis teſtamento confirmatit. fidei autem commiſſaria relinquitur ab inteſtato. Item in codicillis non confirmatis in teſtamento vt hoc modo. Rogo eos qui mihi ſuccedēt ab inteſtato vt Stichum ſeruum manumittant,vel per ſimilia verba.Franc.

1 *Fl. fideicommiſſa.*

1 *Flor. manumittant Saccho.*

2 *Fl. Saccho*

1 *Fl. deeſſunt.*

1 *Fl. deeſſunt.*

p ¶ *Teſtamento confirmatis.*quod fit expreſsè:vt C.de codici.ſiue.& tacitè quando ſiunt poſt teſtamentum:vt ſ.de codicillis.l.ſi quis cùm nullum.§.teſtamento.ſed antè facti non intelliguntur confirmari teſtamento,ſecundum has leges. Item nec tunc quādo nullum eſſet factum teſtamentū:vt ſ.de codici.l.ante.& hic ſubiicit.ſed hodie ſemper videtur confirmare;vt inſtitu.de codici.§.nō tantum. & eſt ſic ſ. de teſtam.tur.l.iij.& C.eo.l.ij.Accur.

Maeuia.] CASVS. Quædam mulier reliquit libertatem tribus ſuis ſeruis ſub modo,vt ipſi tres deberent apponere lucernā ad ſepulturam eius alternis menſibus,& ibi vigilent. Dicitur, quòd iſti ſerui liberi erunt ſtatim adita hæredi.& compellētur officio iudicis ſtare,& obedire dicto teſtatricis.Franc.

q ¶ *Vt monumento.*impropriè dicit conditionē cùm modus ſiat per vt:non conditio:vt j.ſubiicit.& dixi ſ.eo.libertas.§.ij.Accur.

r ¶ *Officio.*ſic ſ. de pet.hæ.hæreditas.§.fi.& C.de relig.l.militis. & ſ. de reli.

de reli.ſi q̄s ſepulchrū.§.ſumpt⁹ funeris. & ſ.de an.leg.Quintus. Acc.

Quod vulgò.] CASVS. Si libertas relinquitur ſeruo ſub pluribus cōditionibus, inſpicitur leuior, vt ſi ci pareatur,ſatis fit. & hoc verum,quando diſiunctæ ſunt.ſi autē ſunt cōiunctæ, tunc omnibus parendum eſt ad hoc, vt libertas debeatur.Franc.

a ¶ *Leuiſsimam.* quæ ſit hæc, dixi ſ. c. in libertatibus. Accur.

b ¶ *Omnibus.* ſecus in diſiunctis, vt habes hæc omnia ſ. de cōdi. inſti. l. v. & inſtit. de her.inſti.§.ſi plures. & ſ.de de condi. & de mon.cū pupillus.§.dif iuncto. Accur.

1 *Flor.ſunt.*

†Cōcor.tex. in c. pen. extrà de vi. & honeſt cleri. li.vj & in ele. in plerisque. & ibi gl. & doct. de elec tio.

Aſisto.] CASVS. Si ſeruo relicta eſt libertas cùm erit xxx. an. interim propter de lictū,quod fecerat, dānatus eſt in metallum, & tādē reſtitutus. Dicitur q̄ pœna impoſita nō nocet, quin ſtatim cùm erit xxx. an. cōſequatur libertatē, & legatum, ſi quod erat ei relictū. Idem ſi eſt inſtitut' hæres ſub cōdi. & interim hanc pœnā habuit, & tandē reſtitutus fuit. nam veniente condi. erit liber, & hæres neceſſarius.Franc.

2 *Flo.deeſt ſi.*

2 *Flor.ſi in.*

c ¶ *Reuocetur.* reſtitutione a principe impetrata. Accur.

d ¶ *Legatum.* libertatis, vel alia res ei erat legata.& facit inſt. de hæred. qualit. & differ. §. in extraneis. & C. qui non poſ. ad lib. peruel.l. j. Accur.

Cum ex falſis.] CASVS. In codicillis relicta eſt libertas ſeruis danda ab hærede, vel legatario, & præſtita eſt. poſteà apparēt codicilli falſi.Dicitur q̄ non reuocatur libertas, ſed qui libet manumiſſorū dabit xx aureos huic hæredi,vel legatario Sed ſi fuerit extraneus hæres inſtitutus ſub condi. ſi manumiſerit ſeruum meū proprium: & manumiſit, & ſic fuit hæres, tandem autem euicta eſt hæreditas per filiū defuncti,& ruptum teſtamentum per querelam,vel aliàs apparet teſtamentum falſum: dicitur quòd non reuocabitur libertas data ſeruo,& ſic quo ad hoc eſt ſimilis hic caſus ſuperiori.tamē in alio diſcordāt:quia in ſuperiori dantur x x. ſolidi à quolibet manumiſſorum,ſed hic verum pretium manumiſſi præſtatur.Franc.

1 *Flor. tenuerit.*

2 *Flo.deeſt.di cere.*

e ¶ *Ab hærede.*vel etiam à legatario , vt C.de fideicom.lib.l. ij. & ſ. de iure pa.l.penul.§.j Accurſius.

f ¶ *Solidos* ſuprà,de mino.ſi mulier.contrà. Solu. alio caſu ibi loquitur. Accurſius.

g ¶ *Seruum.*ſuum proprium. Azo.

h ¶ *Inſtitutus.*hæres. Azo.

i ¶ *Obtinuerit.*aliàs tenuerit,id eſt,obtinuerit.Azo.

k ¶ *Idem.*quo ad hoc,vt non reuocetur libertas:ſed xx. aurei hoc caſu non præſtantur,ſed verum pretium ſerui cōdictione ex lege à manumiſſo ſoluitur,vt ſ. de inoffi.teſt.ſi ſub hac conditione.item ad primum caſum,& ad ſecundum quibus dicitur ex falſis codicilis,& falſo teſtamento libertatem datam non reuocari,eſt cōtrà C. de pe. hæreq.& C.de inoffi.teſt.l.cùm ex cauſſa.Accurſius.

Si ſocius.] CASVS. Duo ſocij habebant ſeruum cōmunē. vnus eorū in teſtamento ſuo reliquit libertatem huic ſeruo communi ſub tali condi.puta,ſi manumittatur à conſocio meo,ille ſit liber ex teſtamēto vnius partim.dicitur,q̄ ſi alter ſocius manumittat, erit liber,& ſic partim erit liber ex teſtamento,partim inter viuos ex manumiſſione facta ab illo.Franc.

l ¶ *Familiæ.*] ſcilicet teſtatoris:ſi non habeas in tex.Accur.

XLV. Idem lib.v.Pandectarum.

Quod vulgò dicitur,ſub pluribus conditionibus data libertate, leuiſsimam [a] conditionem ſpectandam eſſe : ita verum eſt, ſi ſeparatim conditiones ſint datæ. Quòd ſi coniunctim datæ ſint [1], niſi omnibus [b] parueriſ [f], liber non erit.

Pœna inflicta poſt mortem teſtatoris, qui ſeruo libertatem in certum tempus reliquerat, intra tempus illud non utitur dationem libertatis,ſi antequam tempus libertatis ueniret,reſtitutus ſit,& liberatus ab illa pœna. Idem eſt.ſi hæres neceſſarius ſit inſtitutus ſeruus. h.d.

XLVI. Pomponius lib.vij. ex var. lectionibus.

Aristo Neratio Appiano reſcripſit,ſi [1] teſtamēto liber eſſe iuſſus cùm annorum xxx. eſſet, antè quàm ad eam ætatem peruenireṭ, in [2] metallum damnatus ſit, ac poſteà reuocetur [c], ſine dubitatione cum libertate legatum [d] ad eum pertinere, neque metallorū pœna ius eius mutari : nec aliud, ſi hæres eſſet ſub cōditione inſtitutus. futurum enim eum etiam neceſſarium.

Conſecutus libertatem ex falſis codicilis tenetur hæredi dare xx ſolidos. Idem dic de te ſtamento falſo uel inofficioſo pronuntiato. hoc dicit.

XLVII. Papinianus lib.vj Quæſtionum.

Cvm ex falſis codicillis per errorem libertas,licet nō debita præſtita tamen ab hærede [e] fuiſſet, viginti ſolidos [f] à ſingulis hominibus inferēdos eſſe hæredi principi conſtituit. ¶ Sed & ſi conditionis implendæ gratia ſeruum [g] inſtitutus [h] manumiſerit, ac poſteà filius de inofficioſo agendo obtinuerit [i], vel teſtamentum falſum fuerit pronuntiatū : conſequēs erit dicere [2] idem [k] & in hac ſpecie fieri,quod in falſis codicillis conſtitutum eſt.

10 *Seruus efficitur communis libertus familiæ illius, qui eum in teſtamento uoluit a ſocio manumitti,& eius qui eum manumiſit.h.d.*

XLVIII. Idem lib. x. Quæſtionum.

Si ſocius teſtamento ita libertatem dederit,*Pamphilus ſi eum ſocius manumiſerit,liber eſto.* Seruius reſpondit,ſocio manumittente communem fieri libertum familiæ [l] teſtatoris atque manumiſſoris. Neq; enim nouum, aut incognitum eſt, vario iure [m] communi mancipio libertatem obtingere.

XLIX. Idem lib.vj.Reſponſorum.

Testamento militis ita manumiſſam,Samiam [n] in libertate eſſe iuſſi:directam libertatem iure militari [o] [1] accepiſſe placuit.

L. Idem lib.ix.Reſponſorum.

Quod Diuo Marco pro libertatibus conſeruādis placuit [p], locum habet irrito [q] teſtamento facto,ſi bona vendita [r] ſint : alioquin vacantibus bonis [2] fiſco vendicatis, non habere [s] conſtitutionem locum,apertè cauetur. Seruos autem teſtamento manumiſſos, vt bona ſuſcipiant [t], iure cautionem idoneam offerre,non minus,quàm cæteros defuncti libertos aut extraneos [3] declarauit [u]. Quod beneficium [x] minoribus annis hæredibus ſcriptis,auxilium bonis præſtitum more ſolito deſiderantibus,nō aufertur [4].

LI. Idem lib.xiiij. Reſponſorum.

Testamento Centurio ſeruos ſuos vænire prohibuit, ac petiit [y], prout quiſq; meruiſſet, eos manumitti. Libertates vtiliter datas reſpondi [2]: cùm ſi nemo ſeruorum offenderit [z], omnes ad liber-

1 *Flor militia cepiſſe.*

1 *Fl. ventura ſint.*

2 *Flo. deeſt, bonus.*

3 *Flo. extraneos.*

4 *Flo. auferetur.*

1 *Flo. petuit.*

2 *Flo.reſpōdit*

a ¶ *Leuiſsimam.* quæ ſit hæc, dixi ſ. c. in libertatibus. Accur.

b ¶ *Omnibus.* ſecus in diſiunctis, vt habes hæc omnia ſ. de cōdi. inſti. l. v. & inſtit. de her.inſti.§.ſi plures. & ſ.de de condi. & de mon.cū pupillus.§.dif iuncto. Accur.

1 *Flor.ſunt.*

†Cōcor.tex. in c. pen. extrà de vi. & honeſt cleri. li.vj & in ele. in plerisque. & ibi gl. & doct. de elec tio.

Aſisto.] CASVS. Si libertas relicta eſt ſeruo libertas cùm erit xxx. an. interim propter delictū,quod fecerat, dānatus eſt in metallum, & tādē reſtitutus. Dicitur q̄ pœna impoſita nō nocet, quin ſtatim cùm erit xxx. an. cōſequatur libertatē, & legatum, ſi quod erat ei relictū. Idem ſi eſt inſtitut' hæres ſub cōdi. & interim hanc pœnā habuit, & tandē reſtitutus fuit. nam veniente condi. erit liber, & hæres neceſſarius.Franc.

2 *Flo.deeſt ſi.*

2 *Flor.ſi in.*

c ¶ *Reuocetur.* reſtitutione a principe impetrata. Accur.

d ¶ *Legatum.* libertatis, vel alia res ei erat legata.& facit inſt. de hæred. qualit. & differ. §. in extraneis. & C. qui non poſ. ad lib. peruel.l. j. Accur.

Cum ex falſis.] CASVS. In codicillis relicta eſt libertas ſeruis danda ab hærede, vel legatario, & præſtita eſt. poſteà apparēt codicilli falſi.Dicitur q̄ non reuocatur libertas, ſed qui libet manumiſſorū dabit xx aureos huic hæredi,vel legatario Sed ſi fuerit extraneus hæres inſtitutus ſub condi. ſi manumiſerit ſeruum meū proprium: & manumiſit, & ſic fuit hæres, tandem autem euicta eſt hæreditas per filiū defuncti,& ruptum teſtamentum per querelam,vel aliàs apparet teſtamentum falſum: dicitur quòd non reuocabitur libertas data ſeruo,& ſic quo ad hoc eſt ſimilis hic caſus ſuperiori.tamē in alio diſcordāt:quia in ſuperiori dantur x x. ſolidi à quolibet manumiſſorum,ſed hic verum pretium manumiſſi præſtatur.Franc.

1 *Flor. tenuerit.*

2 *Flo.deeſt.dicere.*

e ¶ *Ab hærede.*vel etiam à legatario , vt C.de fideicom.lib.l. ij. & ſ. de iure pa.l.penul.§.j Accurſius.

f ¶ *Solidos* ſuprà,de mino.ſi mulier.contrà. Solu. alio caſu ibi loquitur. Accurſius.

g ¶ *Seruum.*ſuum proprium. Azo.

h ¶ *Inſtitutus.*hæres. Azo.

i ¶ *Obtinuerit.*aliàs tenuerit,id eſt,obtinuerit.Azo.

k ¶ *Idem.*quo ad hoc,vt non reuocetur libertas:ſed xx. aurei hoc caſu non præſtantur,ſed verum pretium ſerui cōdictione ex lege à manumiſſo ſoluitur,vt ſ. de inoffi.teſt.ſi ſub hac conditione.item ad primum caſum,& ad ſecundum quibus dicitur ex falſis codicilis,& falſo teſtamento libertatem datam non reuocari,eſt cōtrà C. de pe. hæreq.& C.de inoffi.teſt.l.cùm ex cauſſa.Accurſius.

Si ſocius.] CASVS. Duo ſocij habebant ſeruum cōmunē. vnus eorū in teſtamento ſuo reliquit libertatem huic ſeruo communi

l ¶ *Familiæ.*] ſcilicet teſtatoris:ſi non habeas in tex.Accur.

m ¶ *Vario iure.* ex vltima voluntate inter viuos,vt hic fuit,& C. de ſeruo com. manu.l. j.§.his itaque.

Teſtamēto.] CASVS. Teſtamēto militis inuenitur manumiſſio facta hoc modo. Samiā liberam eſſe iuſſi. quæritur, an ſit directa libertas relicta huic Samiæ : an per fideicō ? & dicitur q̄ fauore militis eſt directa. Fran.

n ¶ *Samiam.* propriū nomen.Accur.

o ¶ *Iure militari.* vt & C.de teſt.mili. l. ex his.ſed in priuato eſſet fideicom.arg.ſ.de donā.ex hac.

Quod diuo.] CASVS. Cauſſa libertatū cōſeruādarū relictarū in teſtamēto cōſtitutio Diui Marci ad mittit eū,qui petit bona ſibi addici. & hoc eſt verum qñ teſtū eſt irritū pronūtiatum,& ſic hæres inſtitutus nō vult adire. & creditores volunt vēdere hæc bona. ſecus autem eſſet ſi hæreditas vacaret hærede aliquo non exiſtente, vt quia nullus inſtitutus fuerit, nec aliq; alius veniat ab inteſta. nam tunc defertur fiſco. Secundò dicit q̄ ſerui quib⁹ relicta eſt libertas in teſtamento, debebunt cauere illi q̄ hæc bona accipit. quod autem. in fin. dicit,expone vt in gl. Fran.

p ¶ *Placuit.* bona addici debere.vt inſtit. de eo cui libe.cau.bo.addic.§.j.

q ¶ *Irrito.* me nunc hærede exiſtēte ex eo, vt ſ.de iniuſto teſta. l. j. in fine.

r ¶ *Vendita.* id eſt, vēdenda à creditoribus. Accur.

s ¶ *Non habere.*vt & j.tit.j.l.ergo.§.ſi bona.

t ¶ *Suſcipiant.*& aliàs ſuſcipiantur. i.ſuſcipi poſſint.Accur.

v ¶ *Declarauit.*dicta conſtitutio.Accur.

k ¶ *Beneficium.*ſ.aditionis,& dic caſum,vt j.tit.j.l.ergo.§.j. in prin. & ſecundum hoc deſiderant hæredes reſtitui,vt abſtineant vel repudient.Vel pone ſecundò,vt j.tit.j.l.ergo.§.j.in fi.& ſecundū hoc dices hoc beneficium,ſcilices libertatis.ſed ſecundum hoc deſiderant hæredes reſtitui ad adeundum.& quod ſubiicit minoribus,&c.ſunt ablatiui abſoluti,ſecundum vtrunque caſum.& facit C.eo.l.ſin.

Teſtamento.] CASVS. Centurio in teſtamento ſuo prohibuit ſeruos ſuos vēdi,& dixit,prout quiſque meruit, manumittatur. Dicitur,q̄ omnes erunt liberi,ſi nemo eorum offendiſſet defunctum. ſi autem quidam eorum offenderint,illi non erunt liberi:alij ſic.

Cùm ita.] Quidam in teſtamēto reliquit libertatem ſeruis ſuis hoc modo,ſerui,qui ſine offenſa fuerint liberi ſint.dicitur quòd hæc conditio ſic debet intelligi,vt ſerui illi non veniant ad libertatem, quos dominus remouerat ab adminiſtratione, cùm eſſent tanquam ſuſpecti ſui caſtaldi.Franc.

y ¶ *Ac petiit.* ſed ſi hoc non adieciſſet , fideicom. libert.petere poſſunt ex primo dicto,vt j.tit.j.generaliter.§.ſi petitum.Accur.

z ¶ *Offenderit.*de hoc eſt ſ.eo.l.ſeruos.Accur.

Universidad de Biblio

a Et inde est quòd priuatus aut remot ab aliquo officio, non potest iterū ad illud assumi. vt est tex. in l. j. C. de diuer. offi. li. xij. & in sum. nota. Bal. in l. ij. per illā. C. ex quib. de man. vin. de quo in ca. officij. in fi. de elec. & in ca. post trāslationem. & ibi Panor. in vlti. no. errā de tenuria.

3 *Flo. possunt.*

4 *Flo. deest, autem.*

1 *Flo. Imperatores Missenio Frontoni.*

a ¶ *Cùm ita.* facit ſ. cod. ſeruos. Accurſius.

b ¶ *Negotio.* id eſt, per hoc quòd malè forte gerebat. & nota eſſe honoris, adminiſtrare, & dedecus remoueri[a], quaſi per hoc de eo dominus non confidat. & facit J. tit. j. l. fideicōmiſſaria.

IMperatores.] CASVS. Miles in teſtamento dixit, Stephanum ſeruum meū liberū eſſe volo. Dicitur q̄ per hæc verba, directa libertas videtur data, & erit liber ꝙdita hæreditate. ſed ſi poſteà ex interuallo dixit teſtator, volo tamē vt cum hærede meo ſit quouſque iuuenis ſit. et ſi cō tēpſerit, vel noluerit, iure ſerui. teneatur, q̄ hæc verba nō reuocatur libertas. Vltimò dicit, idē eſt in pagano, vt licet talia verba dixerit, non reuocetur libertas. Franc.

c ¶ *Adiecta ſunt.* ex interuallo, & ſic nō debet ad ſeruiēdū cōpelli. arg. C. de dona. quæ ſub modo. perfecta. aliàs ſi incontinenti, licet nō differatur libertas, ſeruire cōpelleretur. vt ſ. e. libertas. §. ij & l. Mœuia. & ar. ſ. de ſol. l. j. Accurſius.

d ¶ *Efficacia.* cum ad tempus dari nō poſſit, vt s. eo. libertas.

e ¶ *Idē.* vt nō reuocetur, ſed in milite fuit directa, licet per verbū volo, in pagano fideicō. vt infti. de ſing. re. per fideicom. §. h. vel verius vtrobique fuit fideicom. vnde quod ſ. dicit, cōpetit ſcilicet per fideicom.

Vcius.] CASVS. Relinquo libertatē ſeruo meo, ſi tōnē actus ſui reddiderit Caio Seio filio meo. cum annos pubertatis egreſſus fuiſſet Caius Seius, tunc curatores Caij cōuenerunt ſeruu, & corā iudice ſeruus omnia reliqua ſoluit curatorib. Caij, & ſeruus pronuntiatus eſt liber. Caius aūt negat pecuniā rectè ſolutam curatoribus ſuis. quæritur quid iuris. & dicitur q̄ ſi nō eſt ſoluta ſecundum quod teſtator dixit, non erit ille liber. ſecus autem ſi ieuuene præſente eſſet ſoluta, quia tūc rectè eſſet impleta. Franciſcus.

1 *Flo. inlatam.*

2 *Flor. adoleſcentis.*

3 *Flo. reliquā rationem.*

4 *Flo. ratiocinibus.*

f ¶ *Ex fide.* hoc expone, vt ſ. eod. ſi ita ſcriptum & l. qui filium. §. fi. Accur.

g ¶ *Egreſſus.* hoc eſt quod facit J. non ſufficere curatori ſolui. & ſic non eſt contrà ſ. e. qui filium in prin. & ſ. de condi. & demon. ſi fundus.

h ¶ *Eiuſdem.* Caij Seij. Accurſius.

i ¶ *Cautione.* confeſſionis vel quodāmodo nō peterur plus. Accur.

k ¶ *Reliquationem.* id eſt, rationem reliquorum, vel ideo, quia partem iam reddiderat. Accurſius.

l ¶ *Preſente.* operatur præſentia cōſenſum. ſic ſ. de euict. l. ſi dictum. §. antepe. & J. de conſeſſis. certum. §. penul. Accurſius.

Qvi habebat.] CASVS. Habebam ſeruum nomine Cratinum dixi in teſtamento, Cratiſtus ſeruus meus ſit liber. Dicitur tatem peruenire poſſint [3]: quibuſdam autem [4] per offenſam excluſis, reſidui in libertatē perueniant.

1 ¶ Cùm ita [a] in teſtamento adſcriptum eſſet, *Serui qui ſine offenſa fuerunt, liberi ſunto.* conditionem adſcriptam videri placuit, eiuſque interpretationem talem faciendā, vt de iis in libertate danda cogitaſſe non videatur, quos pœna coercuit, & ab honore adminiſtrandi, vel adminiſtrandæ rei negotio [b] remouit.

LII. Paulus lib. xij. Quæſtionum.

IMperatores Verus [1] & Antoninus, Miſſenio Frōtoni. Teſtamē to militis his verbis adſcripta libertate, *Stephanum ſeruum meum liberum eſſe volo, vel iubeo.* adita hæreditate competit: & ideo ea, quæ poſteà adiecta ſunt [c], *Sic tamen vt cū hærede meo ſit quouſque iuuenis ſit. quòd ſi noluerit, aut contempſerit, iure ſeruitutis teneatur.* ad reuocandam libertatem, quæ competit, non ſunt efficacia [d]. Idem [e] in paganorum teſtamentis obſeruatur.

Ius conſiſtens in dando, non poteſt impleri per perſonam curatoris adulti. Barto.

LIII. Idem lib. xv. Reſponſorum.

LVcius Titius ſeruo libertatem dedit, ſi rationē actus ſui ex fide [f] reddidiſſet Caio Seio filio ſuo. Cùm annos pubertatis egreſſus [g] fuiſſet Caius Seius, à curatoribus eiuſdem [h] conuentus ſeruus, etiā apud iudicem omnibus ſatisfecit: exacta cautione [i] à curatoribus, pronuntiatum eſt liberum eum eſſe. nunc Caius Seius filius teſtatoris negat curatoribus ſuis rectè pecuniam illatam [1] eſſe. Quæro, an iure ſoluta ſit quantitas? Paulus reſpondit, curatoribus quidem adoleſcētis [2] reliquationem [3] [k] vt conditio teſtamento adſcripta impleatur nō iure exolutam videri. ſed ſi præſente [l] adoleſcente pecunia illata eſt, vel in ratione [4] eius relata, impletā conditionem videri, ac ſi ipſi ſoluta fuiſſet.

Error in ſyllaba non nocet. Barto.

LIIII. Scæuola lib. iiij. Reſponſorum.

PAterfamiliās impuberi filio, si ante pubertatem decessisset, substituit hæredem. Is filius paterna hæreditate se abstinuit m, ideóque bona patris n vænierunt o: postea filio hæreditas obuenit p, qua adita q decessit. Quæro, cùm prætor in ipsum pupillum, quamuis posteà hæreditas obuenisset, creditoribus tamen patris actionem nō daret r, an in substitutum creditoribus patris danda sit actio, cùm s ex bonis paternis, quæ scilicet ad creditores missos ad bona pertinēt, nihil acquirat t, & cùm creditores nihil iuris in bonis pupilli u habuerint, eorúmque nihil interfuerit, adiretur necne pupilli hæreditas x: cùm ea bona y omissa 1 z à substituto hærede 2 a, ad creditores b non pertinebant. Me illud maximè mouet, quòd præceptoribus c iuris 3 placet verum esse testamentū. Respondi, Quod prætor filio, qui à paterna hæreditate se abstinet, præstat, ne bonis patris eius venditis in eum actio detur, tametsi posteà ei hæreditas obuenit, vt 4 creditoribus nō reddat: idem in substituto d filio e hærede seruandum nō est f;

1 Fl. ad quæ.
2 Fl. hæredis.

quoniam filij pudori parcitur, vt potius patris, quàm bona eius væneant. Itaque in id, quod posteà ei obuenit, actio creditoribus denegatur: quia id quod 5 ex aduentitio acquisitum est, non per patrem ad eum peruenit. At cùm substitutus filio hæreditatem adit, post quàm pupillus se paternæ miscuerit hæreditati, tunc hæreditas & patris, & filij vna est, & in omni ære alieno, quod aut patris, aut filij fuerit, etiā inuitus hæres a obligatur. Quemadmodum 6 enim liberum b non est post obligationem, vt non omnino 7, si non defendatur 8, ipsius bona væneant c: ita nec separari 9 quidem æs alienum patris, & filij potest: quo casu efficietur, vt creditoribus in eum actio dari debeat. Quòd si substitutus hæres hæreditatem non adierit d, creditoribus patris in id quod pupillus reliquit e, actio dari non debet: quoniam neque pupilli f bona venire debent propter æs alienum patris, neque in bonis patris est, quod pupillus g acquisiuit h.

5 Vlp. decept. quæd.

6 Fl. & quē admodum liberum non est.
7 Fl. omnimodo.
8 Fl. si nō defendatur.
9 Fl. ne separare.

Omnibus bonis debitoris uenditis per creditores: non uidetur uendi statua in honorem eius in ciuitate posita.

XIII. Paulus libro v. ad legem Iuliam & Papiam.

AVfidius 1 i refert statuas in publico positas, bonis distractis eius cuius in honorem positæ sunt, non esse emptoris bonorum eius:

1 Fl. adiecto.
2 Fl. hæredis.

adiit, sed restitutus est vt abstineat. sed in §. at cùm &c. loquitur quando adiit, & non dimisit. Alibi est, cum non. & tunc muta casū: quia §. cùm abstinuit institutus: hìc cùm adiuit, & non est restitutus: quo casu & ipse substitutus tenetur creditoribus patris: & tūc cōtinua litera vsque illuc. Quod si substitutus, &c. & exinde vsque ad fi. nō adiuit vel adiuit, sed restitutus est: & quod subiicit, Quoniam filij, &c. scilicet vt possit restitui: & sit potius patris, &c. Item quod subiicit, Denegatur, scilicet petita restitutione. Sed secūdum hanc literam opponitur, cùm poterat instituto restituī: ergo hæredes eius: vt supra, de in integ. restī. non solum. quæ est contrà. Solu. secundum P. poterit, sed hoc hic non nō negat, sed alio modo quàm pupillus: quia ille etiam sine restitutione, sed hìc substitu. per restitu. in integ. vt supra, de acqui. hæredi. in pluribus. & de minoribus, ait Prætor. §. non solùm. Vel melius a, non potest hìc restituī: cùm adeundo hæreditatē impuberis, paternam voluntatem, & per hoc hæreditatem agnouisse videtur: vt subiicit infrà, ibi, Quemadmodum enim, &c. Secus si ab intestato pupillo succederet: vt supra, de acquirend. hære. si pupillus. j. respon. at in l. contra. non dicit in talibus hæredem restituendum, in quibus adeundo videtur com probare, sed in aliquibus cōtractibus, quos fecerat ille, cui succeditur. Vel dic, q erat necessarius substitutus hæres, puta, seruus testatoris: vt ff. de vul. & pupill. substi. sed & si plures. §. quos. & ideo nō restituitur: vt supra, de acquirenda hæredi. l. necessariis. in fin. Vel dic secundùm Azo. non seruatur idem, quia pupillus licet semel sit hæres, abstinet tamen ipso iure, nisi se immiscuerit: quod non est in extraneo substituto. Item secundum eandem literam est contrà, supra, de acquirēda hæredit. l. vij. §. j. Sed ibi non se immiscuerat institutus: nec dicitur ibi, quòd nepos fuerit substitutus. Ex prædictis patet quòd tres sunt casus: quia aut nō adiit, aut adiit, sed restituitur: & vtrobique non tenetur nec ipse, nec substitutus creditoribus patris: aut adiit, & retinuit: & tunc vterque tenetur. Sed quidam, vt R. & Ioan. dicunt quòd quando adiit, & restituitur, quòd substitutus tenetur, sed non ipse. Et hìc erit casus à capite vsque ferè ad finē illuc, Quòd si substitutus, &c. prout habes in litera non. Et secundum hoc quod dicit in principio huius legis abstinuit, scilicet per restitutionē. Item quod subiicit ff. at cùm substitutus, &c. ibi se immiscuerit, & supple, & abstinuit. Accur.

a¶ *Etiam inuitus hæres.* scilicet substitutus.

b¶ *Liberum non est.* habeas non: & dic, quemadmodum non est liberum substituto post obligationem, quam contrahit adeundo, quin bona substituti veneant per creditores, si non defendatur scilicet ipse substitutus: ita, &c. Et est plana. Vel si non habeas, non &c. dic, quemadmodum liberum est, scilicet hæredi pupilli ab intestato, post obligationem, scilicet translatam de patre in filium: vel post obligationem, quam contrahit adeundo, scilicet cū creditoribus pupilli, non patris: ita contra. &c. scilicet quando est substitutus, qui adeundo videtur agnoscere. Vel dic etiā quemadmodū liberum est, scilicet pupillo post obligationem, quam contraxit adeundo: nam potest restituī: ita contrario, si non petiit restitui substitutus adiens: tenebitur omnibus.

c¶ *Veneant.* supple: vel non veneant. Et fic non est vis, fit ibi, omnino, &c. vel non sit ibi.

d¶ *Nō adierit.* scilicet patris pupilli: quia pupillus se abstinuit, Azo. Alij habent, & hæres. & tunc plana.

e¶ *Reliquit.* aliunde acquisitum. Accur sius.

f¶ *Neque pupilli.* viuentis, & deliberantis.

g¶ *Pupillus* quia se adhuc abstinere potest.

h¶ *Acquisiuit.* cùm iam abstinuit. igitur nec substitutus tenetur creditoribus patris: & facit ff. ad Trebel. debito. §. fi. Item suprà, quibus ex caussis in possi. ea. apud Iulianum.

i *Vfidius.* aliàs, Furius: aliàs Aufidius: & aliàs Fulcinius.

k¶ *Publicas.* id est, vniuersitatis: & sic improprie, vt infrà, de verborum significatio. l. eum. Sic ponitur C. de sacrosan. eccle. l. fi. in princip.

2 Fl. distrahi.

l¶ *Aut eius.* quo ad memoriam: & facit ff. de acquir. rerum do. statuas. & j. de excep. Paulus. & j. quod vi, 1 Fl. frustra aut clàm. his qui in pu principem. teum. §. j.

m¶ *Distrahi.* aliàs, detrahi: & aliàs, distrahi.

Imperatores.]CASVS. Creditores vēdiderunt bona debitoris, qui tamen se defendebat, & sic iniustè vendiderunt. Dicitur, quòd debitor vendicare bona sua ab empto non potest. Et si nolit satisdare hæres, tunc bona hæreditaria possidebuntur, & vendentur. Et prædicta sunt vera, quādo iam aliqua alienauerat: sīt autem nihil vendiderat, tunc satis est, si ei iubeatur, vt non diminuat. Vltimò dicit, Cùm creditores dicunt hæredem non idoneum, & ideo petunt satisdari, & hoc probare non possunt: tunc tenentur actione iniuriarum ipsi hæredi. Fran.

† Ista l. est not. secundū Bart. hìc: & est gl. in Lom bus. supra de iudic.

n¶ *Iure vænisse.* fortè quia defendebantur. vel dic, quia non latitabant: vt ff. quibus ex caussis in pos. ea. Fulcinius. §. j. Sed in hoc secundo casu fortè valet venditio, sed per restī. in iuteg. rescinditur: vt supra, de dāno infect. l. si finita. §. si fortè. Alij dicunt, vt M. q vbi vendita sunt bona alicuius ob tributa nō seruatis solēnitatibus: q possessio redit ad eū.

1 Flo. æstimatum.

Nam contra agentem emptorem excipiet exceptione præiudiciali. Accur.

o¶ *Præiudicio.* id est, rei vendi. quæ præiudicat venditioni, quæ tantùm de facto tenuit. Vel dic secundum M. quia præiudicatur solutioni, quæ à creditoribus postulatur: non autē dicit de tali præiudiciali, de qua est instit. de act. §. præiudiciales. Accur.

p¶ *Et frustrà.* quia communi iure conceditur, cùm non tenuerit venditio. fic C. de thesau. l. j. Sed nunquid actor probat non iustè factam venditionem? Respon. sic secundum Azo. quasi præsumatur legitimè facta. Sed Ioan. contrà, cùm per rerum naturā, &c. vt C. de probatio. l. actor. Accur.

Si creditores.]CASVS. Debitor multorum decessit relicto hærede. creditores hæreditarij volunt mitti in possessionem bonorum, & vēdere, nisi hæres satisfaciat. Dicitur q audiētur, si hæres eīt suspectus, qđ cognoscitur ex facultatibus: licet in tutore sit secus, qui præsumitur suspectus ex malis moribus: non ex facultatibus. Et hoc est verum, si creditores statim adita hæreditate petūt hoc: non si diu post. Et si nolit satisdare hæres, tunc bona hæreditaria possidebuntur, & vendentur. Et prædicta sunt vera, quādo iam aliqua alienauerat: sīt autem nihil vendiderat, tunc satis est, si ei iubeatur, vt non diminuat. Vltimò dicit, Cùm creditores dicunt hæredem non idoneum, & ideo petunt satisdari, & hoc probare non possunt: tunc tenentur actione iniuriarum ipsi hæredi. Fran.

q¶ *Suspectum.* id est, non idoneum: & facit suprà, qui satisd. cog. si fideiussor & quod ibi not. Accur.

r¶ *Satisdationem.* facit ff. de iudi. in omnibus. & quod ibi no. Accur.

s¶ *Subiicere debet.* prætor.

t¶ *Non facultates.* principaliter: vt insti. de suspect. tuto. §. fin. & C. de suspect. tuto. l. in postulandis. & ff. de suspect. tuto. l. suspectum. Sed secundariò, fic: vt ff. de magistratibus conue. l. j. §. ij.

v¶ *Commender.* per contrarium, id est, accuset.

x¶ *Pasi.* creditores.

a ¶ *Post multum.* quinquennium: vt ff. tit. j. l. j. §. quod autem dictũ est. Vel arbitrio iudicis: vt ff. de iure delibe. l. j. in fi. Accursius.

b ¶ *Iniuriarum actione.* sic §. qui satisfa. cog. si verò pro condemnato. §. finali.

PRiuilegia. CASVS. [Nota quòd duplex est priuilegium competens aliquando creditoribus. Vnũ reale, scilicet hypothecariũ: aliud personale, & de hoc hic dicit. Et sic pone casum, Quidã habet multos creditores priuilegium personale habentes, quærit, quis eorum præferatur: Et certè non inspicitur tẽpus, vt qui primò contraxit, præferatur, sed causa inspicitur: vt quis eorum habeat magis fauorabilem causam: vt est in funeraria, quæ præfertur aliis, puta actioni tutelæ, & similibus. Si autem sunt duo creditores eiusdem causæ, tunc cõcurrũt, licet diuersis tẽporibus cõtraxerũt. Et de hac materia dic plenè vt in gl. magistrali hic posita, quæ incipit, Vt priuilegiatus &c. Frãciscus.

c ¶ *Priuilegia.* personalia: secus in realibus. vt C. de priui. fisci. l. ij. Azo.

d ¶ *Ex causa.* vt priuilegiatus præferatur nõ priuilegiato in soluẽdo, & eriã repetẽdo. & quid, si terque sit priuilegiatus.

morari, nec quicquam in eum [2] possint obiicere criminis, quasi dolosè versato eo, non debebit post multum [a] temporis ad hanc necessitatem compelli. Quòd si, quasi suspectus satisdare iussus, decreto Prætoris non obtemperauit: tunc bona hæreditatis possideri [3] vænũdarique ex edicto suo permittere iubebit. ¶ Planè si doceatur, nihil ex bonis eum [4] alienasse, nec fit quod ei iustè præter paupertatem obiiciatur, contentus esse Prætor debet, vt iubeat eum nihil minuere. Quòd si nec inopia laborantem eum creditores ostẽdere potuerint [5], iniuriarum actione [b] tenebuntur.

2 Fl. deest, ita libri.

3 Fl. possidere.

4 Fl. deest, ut.

5 Fl. poterint.

XVI. Paulus lib. singulari Regularum.

PRiuilegia [c] non ex tempore æstimantur, sed ex caussa [d]: & si eiusdem tituli fuerint, concurrunt [e], licet diuersitates temporis in his fuerint.

Potest capi de bonis pupilli ad eius nutrimentum, licet bona ipsius sint à creditoribus possessa, eo quòd non defendebatur.

XVII. Vlpianus lib. iij. Regularum.

SI pupillus ex contractu uo nõ defendatur, ideoq; bona eius creditores possidere cœperint: diminutio ex his bonis fieri debet ve scendi [f] pupilli caussa.

Bonis debitoris à creditoribus possessis, si satisfecerit debitor de iudicio suscipiẽdo, debent creditores à possessione discedere.

1 ¶ Defendere debitorem, sicut antè quàm bona eius possiderentur, licet: ita post bonorum quoq; possessionẽ eius, siue ipse, siue alius defensionem eius suscipiat, debet satisdare [g]: vt satisdatione interposita iudicium accipiatur, & à possessione discedatur.

Qui credit pecuniam in refectionem uel instructionem rei, habet priuilegium primum post fiscum.

XVIII. Marcianus lib. v. Regularum.

QVod quis nauis fabricandæ, vel emendæ, vel armãdæ, vel instruendæ caussa, vel quoquo [1] modo [h] crediderit, vel ob nauem vendĩtam [i] petat, habet priuilegiũ post fiscum [k].

Qui abest caussa Reipublicæ dolo malo patitur missionem in bona sua. Qui autem abest caussa Reipublicæ bona fide, non patitur missionem in bona sua.

XIX. Idem lib. sing. ad formulam hypothecariam.

EVm, qui in possessionem missus sit rerum eius [1], qui Reipublicæ caussa abfuerit [2], si apparuerit eum dolo malo Reipublicę caussa abesse, iure in possessione esse placet [l], donec solidum soluatur. Eum autem, qui rerum eius, qui sine dolo malo Reipublicæ caussa abfuit, in possessionem missus sit pignus non contrahere [m], & ideo discedere oportere [n] de possessione.

1 Fl. quæ.

1 Fl. deest.

2 Fl. abfuit.

XX. Vlpianus lib. xlv. ad Sabinum.

EVm, qui circa columnas se occultat, vt creditorem euitet, latitare placet. Nam & eum, qui recedit, hoc est, qui [1] subterfugit, ne secum aliqua actio moueatur, latitare placet: tanquam & qui * ab vrbe profugerit [2], vtique fraudandi caussa. Nec enim [3] interest, quod attinet ad latitandum, vtrùm

e ¶ *Concurrunt.* præterquàm in duabus dotibus ab eadem substantia debitis: tunc enim prærogatiua temporis seruatur: vt C. qui po. in pig. ha. l. vlti. §. in duabus.

Si pupillus. **CASVS.** Creditores, qui contraxerant cũ pupillo, missi sunt in possessionem bono. eius, quia pupillus non defendebatur. Dicitur, quòd de his bonis potest fieri diminutio caussa nutriẽdi pupillũ. Secũdò dicit, Sicut debitor à principio potest se defendere, si satisfaciat iudicio sisti: vel per aliũ potest defendi, nec bona eius possidebuntur: ita si nõ se defendat à principio, vel per alium, & missio sit facta in bonis eius: nunc volẽs se defendere, & satisdare iudicio sisti, admittitur, & recuperat possessionẽ bonorũ. Franc.

1 Fl. quæ.

f ¶ *Vescendi.* aliud si ex paterno contractu. Vel dic idem, si modo nõ esset facta vẽditio, quæ fieri tunc potest, non nunc, vt ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. apud Iulianum. & l. in possessione. & facit §. vt in poss. le. l. iis cui. §. qui legatorum. & l. qui legatorum. & ff. eo. l. fi.

1 Fl. deest ibi. 2 Fl. abfuit.

g ¶ *Debet satisfdare.* Iudicio sisti, non iudicatum solui, quando ipse se defendit: vt ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. hæc autem §. fi. quæ est contrà sed fi alius, tũc sic: vt ff. qui bus ex causa. l. item ait Prætor. §. fin.

ADDITIO. Dic quòd non debet satisdare de iudicato soluendo: vt per Bart. in l. contraria.

h **QVod quis. Quoquo modo.** vel domino dando, vel ipsi redemptori, vel venditoribus materiarum domino mandante: vt ff. eod. fi ventri. §. j.

1 Fl. hoc vt.

* Alibi vrbem.

2 Fl. profugerit.

i *Ob nauem venditam.* vt venditor nauis pretium: vel naui vendita authoritate iudicis. Nam creditores, propter quos est vendita, habent priuilegium personale in bonis emptoris. Tu dic, quòd alius vendidit nauẽ, & ego credidi debitori pretium. nam habeo personale priuilegium: vt hic, & ff. eo. qui in nauem. & in auth. de æquali. dot. §. his consequens. col. vij. Sed arg. contrà supra, de tributo. l. procuratoris. §. planè, Sed refert, an simpliciter mutuem, vt ibi: an dicam in nauem emendam: vt hic: an etiam vt sit mihi obligata: vt C. qui po. in pig. ha. licet. reale autem nõ habeo: vt C. de pigno. l. quamuis.

a Alexan. hic in apostil. Bartol. ibi. Ange. ibi. Iaso. ibi. Alber. ibi. Dec. & alii. ¶ Vide in hac l. Acier. libro Dif. tain hypothecã, quam part. j. cap. alias non haberet: vt ff. de Cœla C. de iure Reipubl. l. Syria, Plt. l. ij. lib. xj. Vel dic de lege sua, quòd ipsamet constituit tale ius municipale, quod licet: vt C. quæ sit long. con sue. l. j. & facit ff. ad municip. l. Lucius. §. fi.

k ¶ *Post fiscum.* siue ante, siue post contrahat fiscus, præfertur in personali priuilegio ei, qui credidit in refectionem, vt hic sed mulier præfertur eidem: vt in auth. de æquali. do. §. his consequens: col. vij. In reali præfertur iure, qui potior est tempore: vt ff. qui po. in pig. ha. l. fi pignus. & C. qui po. in pig. ha. l. fi fundum. & facit ff. qui po. in pig. l. interdum. & l. seq. Accur.

Vm qui. **CASVS.** Contra debitorem absentem dolo malo fit missio, & venditio, sed fi sine dolo abfuit, fit missio, sed non venditio. Et finem huius l. expone, vt in glo. Franc.

l ¶ *Esse placet.* etiam vt vendere possit. Accur.

m ¶ *Non contrahere.* scilicet taliter, vt possit fieri venditio, tenet tamen pignus caussa rei seruandæ: vt ff. quibus ex cau. in pos. ea. l. j. §. j. & C. de re mili. l. ignorare. Sed & venditio [a] quandoque fiet ad iuitar furiosi: vt ff. tit. ij. Fulcinius. §. adeò.

a Alias ff. vt.

n ¶ *Oportere.* scilicet placet eum, qui in solutum talem rem accepit: vel econtrà ex prædicta caussa & hoc petita in integ. restit. priusq; vt no. ff. tit. ij. Fulcinius. §. fi quis posse derit. Accur.

Vm, qui circa. **CASVS.** Quocũq; modo quis latiter ne videat & conueniatur à creditore, dicitur latitare. & sic fit missio, & venditio

ditio in eius bonis, siue post columnam se occultet, siue subterfugiat, siue propter hoc exeat de ciuitate, siue non. Fran.

a ¶ *Non faciat.* vt supra, ti. ij. Fulcinius. §. illud sciendum est. Acc.

Antiochensium. **CASVS.** Ciuitas Antiochẽsium impetrauit priuilegium à principe, vt habeat tacitam hypothecam in bonis debitoris. Hoc priuilegium non nocet creditoribus aliis illius debitoris, quin illi præferantur in pignoribus expressis. Frãciscus.

3 Fl. facit.

b ¶ *De lege.* id est, priuilegio suæ patriæ dato. Accur.

c ¶ *Sua.* quia fortè impetrauerat vt præferretur omnibus creditoribus in personali actione. Vel impetrauit, vt haberet tacitam hypothecã, quam habet. Cœla C. de iure Reipubl. l. ij. lib. xj. Vel dic de lege sua, quòd ipsamet constituit tale ius municipale, quod licet: vt C. quæ sit long. con sue. l. j. & facit ff. ad municip. l. Lucius. §. fi.

d ¶ *Priuilegium.* sub audi post.

e ¶ *Constitit.* id est, si aliquis alius habeat ius pignoris in bonis illis, non amittat propter legem illam municipalem, vel impetrationem & præfertur huic ciuitati non obstante eo priuilegio, quod de leg. &c. & facit ff. ad munici. l. fi mile. Accur.

Onis venditis. **CASVS.** Bonis debitoris venditis per credito res non videtur vendita ancilla, quæ fuit concubina debitoris, nec filij ex ea nati. Secũdò dicit, Respublica, puta Ciuitas Bononiensium præfertur cæteris creditoribus in personali. Franc.

f ¶ *Concubina.* quæ erat sua ancilla, & filij ex ea sui scribi: & facit §. de pig. l. obligatione. Accur.

g ¶ *Respublica creditrix.* aliàs creditrix: & aliàs, creditoria, id est, chyrographaria. Sed fiscus cunquã est chirographarius: vt C. in quibus caussis pign. tac. contra. l. prima, & secunda. Dic ergo Bononiensium, & sic impropriè: vt infrà, de verb orum significa. cum qui vectigal. Accursius.

PVpillus. **CASVS.** Si non defendatur pupillus, & sic est facta missio in eius bonis: adhuc tamen ex istis bonis dabuntur pupillo alimenta vsque ad pubertatem. Secundò dicit, debitor multorum captus est ab hostibus: & quia nõ defenditur, bona eius sunt possessa à creditoribus. Dicitur, quòd non fiet venditio horũ bonorũ, nisi reuertatur ur ab hostibus, & nolit se defendere. Franc.

h ¶ *Pupillus.* de hoc notaui ff. eo. si pupillus. gl. j. Accur.

i ¶ *Eius. qui.* de hoc not. suprà, ex quibus caussis in possess. ea tur. l. in possessionem. §. j.

quis profugerit, an verò Romæ agens copiam sui non faciat [3].

Ius pignori competens priuato præfertur. Vel aliter, Priuilegium competens personali beneficio Principis nõ præfertur priuato habenti hypothecam. Bar.

XXI. Papinianus lib. x. Respon.

ANtiochensium Cœlæ Syriæ † ciuitati quod de [1] lege [b] sua [c] priuilegium [d] in bonis defuncti debitoris accepit, ius persequendi pignoris durare constitit [e].

1 Fl. quæ.

XXII. Paulus lib. j. Sententia.

BOnis venditis excipiuntur cõcubina [f], & liberi naturales.

1 ¶ Respublica creditrix [g] omnibus chirographariis præfertur.

Pone casum, ut suprà eodem, l. si pupillus.

XXIII. Idem lib. v. Sententiarum.

PVpillus [h] si non defendatur in possessione creditoribus constituti bona eius petunt vendi: quæritur, an creditores patris possint impetrare separationem, vt bona patris separentur à bonis substituti? Et dicitur, quòd sic. Hoc idem permissum est creditoribus impuberis, qui cum impubere contraxerant. Posteà dicit, Primus instituit secundum, secundus tertium: creditores tertij volunt vendere omnia bona tertij. Dicitur, q creditores primi possunt impetrare separa. bonorum primi à bonis secundi, & tertij. Item creditores secũdi, & tertij. Item creditores secundi possunt impetrare separationem bonorum tertij: non primi.

¶ *Si filius familias.*] Filius familiãs antè, quàm militaret, cœpit habere creditores, & peculium pagani cum quod habebat, nõ erat soluendo postquã cœpit militare, & sic habuit peculium castrense, cœpit habere & alios creditores, & hoc peculium castrẽse bene est soluendo. De istis vltimis creditoribus quæritur, an fiat separatio inter creditores secundos, & primos? Et dicitur, quòd sic ad postulationẽ cõtrahentium cum eo iã militante. Idem in alio casu, quando creditor contraxerat cum non militante: tamen pecunia peruenit in rem patris. Nam alij creditores reiicient istum à bonis castrensibus.

1 Fl. deest, & dicunt.

De separationibus.

TITVLVS VII.

Glossa prima summat totam hanc legem, ut dicit Bart. ideo vide eam.

I. Vlpianus lib. lxiiij. ad Edictum.

SCiendum est separationem solere impetrari decreto Prætoris [k]. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his caussis [l]: vt puta, debitorẽ quis Seium habuit, is decessit: hæres ei extitit Titius, non est hic soluendo: petitur [m] bonorum venditionem. Creditores Seij dicũt bona Seij sufficere sibi, & dicunt [1] illud.] Ponuntur quidam casus, in quibus creditor hæreditarius nõ potest impetrare separationem. Primus si hõuuit obligationem ab hærede. Secundus, si accepit vsuras huius debiti ab hærede. Tertius, si recepit satisfactionem de hoc debito ab hærede, licet minus idoneam. Quartus, si bona hæreditaria, & hæredis sint commista, vt vinum hereditarium cum vino hęredis. Idem in frumento, & similibus, sicut in prædiis, quæ non dicuntur misceri: idem in similibus. Quintus, si est lapsum quinquennium ab adita hæreditate, intra quod non fuit impetrata separatio. Et de prædictis cognoscet Prætor, vel præses: & nullus alius. Est & sextus, vt si creditor hæreditarius accepit pignus ab hærede pro hoc debito.

1 Fl. hoc vt.

¶ *Quæsitum est.*] Si aliqui ex creditoribus hæreditariis elegerunt sibi dem hæredis, vt nouando cum hærede, vel pignus ab eo accipiendo, vel simili modo: aliqui non: factum illorum non nocet istis, quin isti possint impetrare separationem bonorum testatoris à bonis hæredis. Et hæc impetratio non proderit illis, qui secuti sunt fidem hæredis. Secundò dicit, postquàm creditores hæreditarij impetrauerunt separationem, & eis erit satisfactum, si quid de bonis testatoris supererit, proderit creditoribus hæredis, non sic econtrà: scilicet quòd bona hæredis profint amodo creditoribus hæreditariis, ex quo impetrauerunt separationem, & redditur ratio in litera: nisi veniam impetrarent. & hoc tunc demum cum creditoribus hæredis erit satisfactum.

¶ *Item sciendum.*] Dominus instituit seruum suum hæredem & liberum, tandem mortuo domino, aliqua acquisiuit seruus, antè, quàm attingeret bona domini: nunc conuenitur à creditoribus domini cuius est hæres: vult hæc bona post quæsita separare à bonis domini. itẽ quod dominus sibi debebat: vt sic à creditoribus domini non possideantur. dicitur quòd auditur. Franc.

k ¶ *Decreto prætoris.* not. viij. casibus impetrari separationem. Primò, quando creditores defuncti: vt statim hic subiicit, & C. eodem. l. secunda. & de hæredi. actio. si adulta. Idem secundò, creditores hæredis, in casibus, scilicet specialibus duobus. Primò, quando dolosè hæres fecit: vt infrà, §. quæsitum. Alius est etiam infrà. §. sed & si quis suspectam. in fine §. Tertiò, ipse hæres impetrat de suis bonis ab hereditariis: vt & ff. eadem l. §. sed fi quis suspectam. Quartò, hæres necessarius bona posteà quæsita, si adhuc bona patroni non attigit: vt infrà eadem l. §. finali. Quintò, etiam si attigit, & est minor, vt per restitutionem: vt suprà, de mino. ait Prætor. §. non solùm. Sextò, in patrono qui libertam ab alio institutam reuocat in seruitutem: vt infrà eodem l. quoties. §. si liberta. & suprà, de in integrum restitutio. non solum. §. finali. Septimò, creditores castrenses: vt ff. eadem. §. fi filij. Octauò, substitutus pupillariter bona pupilli à bonis patris pupilli, si pupillus non adiit, vel per restitutionem abstinuit: vt suprà, titu. j. l. pater.

l ¶ *Ex his caussis.* supple & similibus, vt modò notaui.

m ¶ *Patitur.* scilicet Titius cùm latitet, & non defendatur: vt suprà, tit. iij. l. Fulcinius. §. ij.

Creditores

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Creditores Titij.* repete dicunt, si non est in litera.
b ¶ *Duorum hominem.* scilicet, Seij & Titij. Vel dic duorum bonórum. Azo.
c ¶ *Vel ita semel.* id est insolidum. & perficitur oratio, & incipit alia: & si non in assem. Accur.
d ¶ *Consecuturi.* creditores Seij.
e ¶ *Non est soluendo.* in aliquo.
f ¶ *Creditores.* licet Titius est in aliquo soluendo, & ita supponit: duas rationes quare minus consequebantur, secundum Azo. Sed quidam dixerunt, hoc idem inutiliter repeti: & sic falsam literā. & die creditores, ſ. Titij. vel die omnes permitti Seij & Titij. Accurſius.
g ¶ *Nam licet.* id est licitum est.
h ¶ *Creditores.* non fraudulenter: aliàs secus: vt ff. §. quæritū. & ff. quæ in frau. credi. l. ij. Et est arg. Contrà ff. de ali. iu. l. j.
i ¶ *Non faciet.* licet defunctus facere potuerit, & sic non licet hæredi, quod defuncto licuit. Arg. cōtrà ff. de regu. iur. l. in hæredem. & in authē. de iureiurā. à mo. vbi dicit esse vnam personam vtriusque.
k ¶ *Nec poterunt.* nisi in casu: vt ff. §. quæsitum. qui est contrà. Accurſius.
l ¶ *Proponatur.* eius hæreditatis cuius nomine postulatur separatio, vt subiicit.
m ¶ *Impetrauerit.* etiam si chirographarius est. & sic contrà. C. qui po. in pign. ha. l. eos. Solu. hoc admittitur hic beneficio separationis: quā scilicet separationem impetrabat. Item cōtrà ff. l. proxi. Sed ibi in alienatione: hic in hypotheca. Accur.
n ¶ *Aduersus fiscū.* cui essent dictæ res obligatæ. vel dic fiscus & municipes sunt creditores hæredit. & facit suprà, de pe. hære. item veniunt. §. ait pretor.
o ¶ *Quæsitum est.* extra ordinē. Sed nonne etiā ex hoc edicto per officiū iudicis, & sic extra ordinē subuenitur alicui? Resp. sic sed qđ hic dicit, die i. non ex ordine huius edicti: neque per hoc edictū. Itē hoc eodem casu subuenitur
p inferius edictū, quæ in fraudē creditorum: vt infrà, quæ in fraud. cred. l. tertia. & l. hac in factum. Sed ibi secundum Azo. exigitur fraus non solùm hæredis, sed etiam creditorum hæreditariorum: vt ff. titu. ij. qui autem. §. hoc edictum. & §. similique modo. & §. in hoc. Accur.
p ¶ *Sibi enim imputent.* Not. nam qui cum alio &c. vt infrà, de regulis iuris. l. qui cum alio. Et facit infrà, de arbitr. diem. §. ſtari. & de

2 Flor. minus sunt.
3 Fl deest, hi creditores.
4 Flo Hic est igitur.
5 Flor. separatim quantū cuiusque credito ribus.
6 Flo creditorem.
7 Manusc. Ad qui adit hæreditatē.
8 Fl. quæ licet.

creditores Titij ² contentos esse debere bonis Titij. & sic, quasi duorum ᵇ fieri bonorum venditionem. Fieri enim potest vt Seius quidem soluendo fuerit, potueritque satisfacere creditoribus suis vel ita semel ᶜ, & si non in assem, in aliquid tamen satisfacere: admissis autem, commistíſque creditoribus Titij, minus sunt ³ consecuturi ᵈ, quia ille non est soluendo ᵉ: aut minus consequentur, quia plures sunt hi creditores ³ ᶠ, Est igitur ⁴ æquissimum creditores Seij desiderantes separationem audiri, impetraréque à prætore vt separatim ⁵ cuiuſq; bona creditoribus præſtētur. 1 ¶ Ex contrario autem creditores Titij separationem nō impetrabunt. Nam licet ᵍ alicui adiiciendo sibi creditores ⁶ ʰ, creditoris sui facere deteriorem conditionem. Atqui igitur ⁷ adiit hæreditatem debitoris mei non faciet ⁱ meam deteriorē cōditionē adeundo: quia ⁸ licet mihi separationem impetrare: suos verò creditores onerauit, dum adiit hæreditatem, quæ soluendo non est: nec poterunt ᵏ creditores eius separationē impetrare. 2 ¶ Sciendum est autem etiam si res obligata esse proponatur, ˡ ab hærede pignoris iure, vel hypothecæ: attamen si hæreditaria fuerit ⁹, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum, qui separationem impetrauerit ¹⁰. ᵐ Et ita Seuerus, & Ant. rescripſerunt. Sed etiā aduersus ſiſcum ⁿ & municipes impetratur ¹¹ separatio.

3 ¶ Quæsitum est ᵒ, an interdum etiam hęredis creditores possint separationem impetrare, si fortè ille in fraudē ipſorū adierit hæreditatem. Sed nullum remedium est proditum. ſibi enim imputēt ᵖ, qui cum tali contraxerunt: nisi extra ordinē putemus ¹³ Prætorē aduersus calliditatem eius subuenire, qui talem fraudem cōmentus est: quod nō facilè ᵠ admiſſum est. 4 ¶ Sed si quis ſuſpectā hæreditatem dicēs, compulſus fuerit adire, & restituere hæreditatem, deinde non ſit cui restituat: ex quibus casibus solet ʳ hoc euenire, & ipſi quidem desiderāti succurri ſibi aduersus creditores hæreditarios, ſubueniem⁹. Hoc & diuus Pius reſcripſit, vt perinde testatoris bona vænirent, atque ſi adita hæreditas non fuiſſet. Creditoribus quoque huiuſmodi hæredis desiderantibus hoc idem præſtandum puto: licet idē ¹⁴ ipſe non desideraverit, ¹⁵ vt quædam quaſi separatio ˢ præſtetur.

5 ¶ Item videamus, ſi quis hæres parenti extiterit, cùm eſſet impubes, deinde intra pubertatem deceſſerit, & ſubſtituti bona væneant ᵗ, qui impuberis hæreditatem adiit, an paris creditores poſſint separationē impetrare? Et puto poſſe. Hoc amplius puto, etiam impuberis creditores poſſe ſeparationē aduerſus creditores hæredis eius ᵘ impetrare.

6 ¶ Sed ¹⁶ hoc videamus ſi primus Secundum hæredem ſcripſerit, Secundus Tertium, & Tertij bona væneant, qui creditores poſſint separationem impetrare? Et putem, ſi quidem Primi creditores petant, vtique audiēdos, ſed ¹⁷ aduerſus Secūdi, & aduerſus Tertij creditores. Si verò Secundi creditores petant, aduerſus Tertij vtiq; eos impetrare poſſe aduerſus Primi autem non poſſe. Et in ſumma, Primi quidem creditores aduerſus omnes impetrare poſſunt ſeparationem: Secundi creditores aduerſus Primi non poſſunt: aduerſus Tertij poſſunt.

7 ¶ Si filiifamiliàs bona væneant, qui caſtrenſe peculium habet, an ſeparatio fiat inter caſtrenſes creditores & cæteros, videamus ˣ. Simul ergo admittentur: dummodò ſi qui cum eo contraxerunt antè, quā militaret, fortè debeant ſeparari ʸ: qđ puto probandū. Ergo qui antè contraxerunt, ſi bona caſtrenſia diſtrahantur, non poſſunt vænire cū caſtrēſibus creditoribus ᶻ. ¶ Item ſi quid ᵃ in rē patris verſum eſt, fortè poterit & creditori contradici, ne caſtrenſe peculium inquietet, cùm poſſit potiùs cum patre experiri.

8 ¶ Illud ſciendum eſt, eos demum creditores poſſe impetrare ſeparationem, qui non nouandi ᵇ animo ab hærede ſtipulati ſunt. Cæterùm, ſi eum hoc animo ſecuti ſunt, amiſerunt ſeparationis commodum, quippe conſecuti ſunt nomen hæredis: nec poſſunt iam ſe ab eo ſeparare, qui quodammodo eum elegerunt ᵃ. Sed & ſi vſuras ᵇ ab eo ea mente quaſi cū eligendo exegerint ¹⁸, idem erit probandum.

9 ¶ Item quæritur, ſi ſatis acceperunt ab eo, an impetrent ſeparationē. Et nō puto. hi enim ſecuti ſunt eum forte, quem nouerunt ¹⁹. Quid ergo, ſi ſatis idoneum non acceperunt? Sibi ²⁰ imputent, cur minus idoneum ᶜ fideiuſſorem acceperint ²¹.

10 ¶ Prætereà ſciendum eſt, poſteà quàm bona hæreditaria bonis hæredis miſta ſunt ᵈ, non poſſe impetrari ſeparationem. Confuſis enim bonis & miſtis ²², ſeparatio impetrari non poterit. Quid ergo, ſi prædia extent, vel mancipia, vel pecora, vel aliud quod ſeparari poteſt ²³? Hic vtique poterit impetrari ſeparatio. Nec ferendus eſt, qui cauſſatur bona cōtributa ᵉ, cùm prædia contribui non poſſint, niſi ita coniunctæ poſſeſsiones ſint, & permiſtæ propriis, vt impoſsibilem ſeparationem effecerint ᶠ, quod quidē perrarò contingere poteſt.

11 ¶ Quod dictum ²⁴ ᵍ eſt, Poſt multum ʰ temporis ſeparationem impetrari non poſſe, ita erit accipiēdum, vt vltra quinquennium poſt additionem numerandum, ſeparatio non poſtuletur.

12 ¶ De his ¹ autem omnibus an admittenda ſit ſeparatio, nécne, Prætoris erit, vel Præſidis notio, & nullius alterius ᵏ: hoc eſt. l eius, qui ſeparationem indulturus eſt.

13 ¶ Si quis pignus ab hærede acceperit, non eſt ei concedenda ſeparatio, quaſi eum ſecutus ſit. Neque enim ferendus eſt, qui qualitercunque ²⁵ ᵐ eligentis mentē, tamen hęredis perſonam ſecutus eſt.

14 ¶ Quæſitum eſt, ſi fortè plures ſint creditores, quidam ſecuti hæredem, quidam non ſecuti, & ij, qui hæredem ſecuti non ſunt, impetrauerint ſeparationem, an eos ſecum admittant, qui ſecuti ſunt? Et putem nihil eis prodeſſe ⁿ: hos ᵒ enim cum creditoribus hæredis numerandos.

15 ¶ Item ſciendum eſt, vulgò placere, creditores quidem hæredis ſi quid ſuperfuerit ex bonis teſtatoris poſſe habere in ſuum debitum, creditores verò teſtatoris ex bonis hæredis nihil ᵖ. Cuius rei ratio illa eſt, quòd qui impetrauerint ²⁶ ſeparationem, ſibi debent ²⁷ imputare ſuam facilitatem ᵠ, ſi cùm eſſent bona idonea hæredis, illi maluerint bona potiùs defuncti ſibi ſeparari. hæredis autem creditoribus hoc imputari non poſſit. At ſi creditores defuncti deſiderent, vt etiam in bonis hæredis ſubſtituantur, non ſunt audiendi ʳ. Separatio enim quam ipſi petierunt, eos ab iſtis bonis ſeparauit. Si tamen temerè ſeparationem petierunt creditores defuncti impetrare veniam ˢ poſſunt, iuſtiſſima ᵗ ſcilicet ignorantiæ cauſſa al legata.

16 ¶ Item ²⁸ ſciendum eſt, neceſſarium hæredem ſeruum cum libertate ᵘ inſtitutum impetrare poſſe ſeparationē. ſcilicet, vt ſi nō attigerit ˣ bona patroni, in ea cauſſa ſit, vt ²⁹ quicquid poſteà acquiſierit, ſe paretur ʸ: ſed & ſi quid ei à teſtatore debetur ᶻ.

Papinianus lib. xxv. Quæſtionum.

A B hærede vendita hæreditate, ſeparatio fruſtrà deſiderabitur: vtique ſi nulla fraudis incurrat ſuſpicio. Nam quæ bona fide medio tempore per hęredem geſta ſunt ª, rata conſeruari ſolent.

Cum fideiuſſor principali ſuccedit, extinguitur obligatio fideiuſſoria, ſi ad incommodū creditoris nō cedit: aliàs ſecus. Itē poſt admiſſos creditores hæredis, creditores defuncti ad eius hæredis bona poſſunt habere regreſſum. B.

Idem lib. xxvij. Quæſtionum.

DEbitor † fideiuſſori ᵇ hæres extitit, eiúſque ᶜ bona vēnierūt. Quāuis obligatio fideiuſſoris ¹ extincta ᵈ ſit, nihilominus ſeparatio impetrabitur, petente eo, cui fideiuſſor fuerat obligatus: ſiue ſolus ſit hæreditarius creditor, ſiue plures. Neque enim ratio iuris, quæ cauſſam fideiuſſionis propter principalem obligationem, quæ maior fuit, excluſit, damno debet afficere creditorem, qui ſibi diligenter

Electione ſua quis contentus eſſe debet.

1 Flo. ff. ſor vt quem nouit.
2 Fl. Et ſibi. 2 Flor. accuſat.
3 Fl. qualiter qualiter.

1 Flo. & vnius
2 3 aliàs, potest
4 Flor. quod dictum.
5 Fl. ſuis.
6 Fl. impetrauit.
7 Flo. impetratur.
8 Flo. niſi ſi extra.
9 Fl. putamus.
10 Flo. ff. de ſeparat.
11 Fl. & ff. de ſeparat.
12 Fl. ita ſcio dum.
13 Flor. vt eis quicquid.

1 Elegerunt. & facit ff. de lege commiſſ. l. de lege. §. poſt diem. & C. de pact. conuen. l. ſi. & ff. nau. cau. ſta. l. idem. §. ſi. & ff. de re iudi. ſi ſe. §. ſi ex conuentione. C. eo. tit. l. eſt iuriſdictionis. Accur.
b ¶ *Vſuras.* facit ff. depoſiti. l. ſi hominē. §. quoties. & C. de iu. do. impe. l. ij. & ff. quæ in frau. cred. l. ait prætor. ij. §. ſi fraudator. verſi. ſi quid. Et Mela. in prin. & de exer. l. j. §. cuius autem. de iureiur. l. ſi ſeruus iurauerit. & de peri. & cō. l. ſi via. & ff. quibus mo. pig. vel hypo. ſol. item. §. ſi quis paratus. & de inſtito. ſed & ſi pupillus. §. cæterum. & Inſtit. quib. modis re cōtra. ob. §. penul. & C. de epiſ. audi. l. & ſi legibus. & ad Velleia. l. ſi mulier. Accurſius.
c ¶ *Quod non faciē.* id eſt, aliter quàm dolo interueniente.
d ¶ *Ex quibus caſibus ſolet.* ſunt enim caſus quibus non eſt, cui reſtituatur: veluti ſi decedat fideicommiſſarius ſine hærede: vt ſuprà, ad Trebel. l. poſtulante. circa princ. & l. apud Iulianum. §. vtrū, vel ſi non eſt præſens, vel infans: vt ff. ad Tre. l. antepe. in prin.
e ¶ *Contributa.* id eſt, miſta.
f ¶ *Effecerint.* veluti cùm alluuio depellit partem vel cruſtam vnius prædij in aliud prædium, & facit eam vnitam: vt ſuprà de acquiren. rerum dom. adeò. §. præterea.
g ¶ *Quod dictum eſt.* in edicto de ſeparationibus quod non habemus.
h ¶ *Poſt multum.* facit inſtit. de litera. ob. §. multum.
i ¶ *De his.* de quibus ff. diximus ceſſare ſeparationem. Azo.
k ¶ *Nullius alterius.* ergo demandari non poteſt: vt ff. de offic. eius. l. j. & facit ſuprà de tranſaction. l. cùm hi. §. ſed nec prætor. & ff. de regu. iur. l. vbicunque.
l ¶ *Hoc eſt.* refertur ad prætorem. Accur.
m ¶ *Qualitercunque.* aliàs qualitercunque, & aliàs qualiter. & facit ff. quæ in fraud. credi. l. ait prætor. §. ſi quid. & ſupra depoſi. l. ſi hominem. §. quoties.
n ¶ *Nihil eis prodeſſe.* quod ergo non habet per ſe, nec per alium. Sed arg. contrà ff. quæ res pig. ob. poſſ. Ariſto. & ff. de acquiren. hære. l. cùm hæreditatem. & de bon. author. iudi. poſſi.
o ¶ *Hos.* ſcilicet, qui ſecuti ſunt fidem hæredis.
p ¶ *Nihil.* Niſi creditores hæredis dimiſſi ſunt: vt in contrario. ff. debitor. in fine. Azo.
q ¶ *Facilitatem.* ſic inſti. quib. mo. re contra. ob. §. prætereà.
r ¶ *Non ſunt audiendi.* meritò audiri non debent: ſeparatio enim, &c. Et facit quòd quis debeat eſſe contentus eo quod elegit. ſupra de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. & ff. de iureiurando. l. qui iuraſſe. in principio.
s ¶ *Veniam.* ſcilicet, vt in eo, quod ſupereſt creditoribus dimiſſis, admittantur: vt infrà eod. tenetur. R. ſed infrà eodem. ſi creditores. eſt contrà. Solutio vt ibi.
t ¶ *Iuſtiſſima.* vt quia bona hæreditaria ſubita clade perierunt.
v ¶ *Cum libertate.* hodie etiam ſine libertate. vt inſtitut. qui manu. non poſſunt. §. primo.
x ¶ *Non attigerit.* id eſt, adiit animo: ſed nō adminiſtrauit.
y ¶ *Separetur.* communi iure: vt inſtitut. de hæred. qual. & differ. §. primo. ſed iure reſtitutionis minor etiam poſtquam tetigit: vt ſupra de minor. l. ait Prætor. §. non ſolùm.
z ¶ *Debetur.* ſupple ſimiliter ſeparetur.
a *A B hærede geſta ſunt.* vendendo, vt hic, vel alicui creditori ſoluendo, vt ſupra de bon. autho. iud. poſſid. l. ſi non expedierit. §. j. Obligando autem non præiudicat ſeparationi: vt ſuprà eodem. l. j. §. ſciendum. quæ eſt contra. Vel ibi mala fide, hic bona. & facit ſupra de min. l. in integrum.

DEbitor.] CAIVS. Titius debebat mihi c. & pro eis fideiuſſerat Seius: debebat autem Titius & aliis multis, nunc Titius ſucceſsit Seio: & cùm creditores vellent vēdere omnia bona Titij, & ſic per conſequens hæredit. Seianæ à bonis Titij, cùm bona Seij ſint ſoluendo, & non bona Titij. Dicitur tamen, quòd poſſum, & ſi bona Seij mihi non ſufficiant, admittar ad bona Titij cum creditoribus eius, ſicut & ſi Titius non ſucceſsiſſet Seio: cùm & creditores hæredit. ſi non ſufficiat hæreditas, poſſunt venire ad bona hæredis dum tamen prius ſit ſolutum creditoribus hæredis. & & econtrà multò magis. Franc.
b ¶ *Debitor fideiuſſo-*

† No. ꝙ dictum eſt in ſūmario & concor. l. generaliter. infrà. de fideiuſ. quā l. cū l. noſtra limitabis pulcrè non poſſe cedere quando cedere ad incōmodum creditoris ſecūdum Bar. hic, & Ale. poſt eſſ, qui dicit hāc limitationē pulchram † Fl. ſi deiuſſo-nis.

ri. ſcilicet ſuo. Accurſius.
c ¶ *Eius.* ſ. debitoris & per conſequens fideiuſſoris. Et dic, vænierunt, id eſt de vendendo tractauerunt, aliàs contra: vt ff. l. proxi.
d ¶ *Extincta ſit.* quoties enim cōcurrit principalis, & accęſſoria obligatio in eandē perſonā, extinguitur acceſſoria. vt ff. de duobus reis. l. ſi duo. & de fideiuſſo. l. generaliter. & l. hæres. & C. de fideiuſſ. l. fideiuſſores. Et hoc ea ratione: quia pro ſeipſo fideiubere non poteſt. Et ad ſt. nouum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de,quod not.C.de pact.l.debitor.in glo.confusa.Item facit C. si antiqui.credi.l.j.& 3.de exict.l.non tamen ei.Accursius.

a ¶ *Prospexerat*.accipiendo fideiussoré:& facit 3. qui po.in pign.ha.l.creditor.j.respon.

b ¶ *Ei quærenda*.aliàs acquirenda,& aliàs,exquirenda. Accursius,

c ¶ *Non adita*. quod creditor consequitur postulando separationé,s.vt aditio pro nulla habeatur in sui præiudicium.

d ¶ *Venditis*.vel etiam nõ vẽditis. Imò hodie prius debitor:vt in authen.de fideiuss.§.j.

e ¶ *In proposito summoueri*. & si iusta fuit caussa ignorantiæ: ne fit contrà.3.l.j.§.pen.in prin.secundum Bart.& H.tu dic,secundum Io. speciale hic:quia & hę redis creditor erat, vt subiicit.

f ¶ *Commodius*. de æquitate.

f ¶ *Commodius*. contra.j. eo. si creditores. Sol.vt ibi.

g ¶ *Hæreditariis*.vt supersuum accipiant : vt 3.l.j.§.pen.in princ.

Creditoribus.] CASVS. Creditores hæreditarij etiam quibus debetur in diem, vel sub conditione,possunt impetrare separationem:legatarij autem possunt postulare separationem, cùm habeant bona hæreditaria obligata,quæ super sunt,postquam satisfactum erit creditoribus hæreditariis. Fran. Accursius.

h ¶ *Cautione*.per separationem, vel missionẽ in possessionem. M. vt 3. quib. ex causs. in possessorium. Vel dic, quòd cauetur eis de soluendo:vt 3.de iu.l.in omni bus.

i ¶ *Potuit*. deducto ære alieno : vt 3.ad Trebel.l.j.§.pen.& j. eod. quoties.in princ.& facit j.de act. & oblig.l. hæreditariarum.

k ¶ *Pignoris*.vt C.communia de leg.l.j.

Si creditores.] CASVS. Impetrata separatione à creditoribus hæreditariis, si nõ inuenitur soluendo hæreditas, nõ possunt habere regressum contra hæredem, sed si separatione facta, hæres aliqua acquirat, aut de hæreditate,& ad hæc veniunt creditores hæreditarij,aut aliunde, & tunc nõ veniunt etiam postquàm esset satisfactum creditoribus propriis.Idem si in separatione sint læsi creditores hæreditarij : vt minus percipiendo de bonis quàm deberent. Ad hæc autem bona post questa admittuntur creditores hæredis , & redditur ratio in litera.Franciscus.

l ¶ *Si creditores*.proprij creditores hæredis.Accur.

m ¶ *Non videtur*.huic respon,& 3.l.proxi. est contrà. 3.l.debitor.§. quid ergo?Sol.hîc corrigit,vt hic innui quidam putant,&c. Alij vt Ir. quòd ibi erat vẽdita hæreditas,hic nõ.Tertij quòd ibi interuenit ignorãtiæ caussa,hîc non:vt 3.l.j.§.penult.in fi.Tu dic,quòd hic dicit de acquisitis per hæredẽ:& infra proxi.respon. non erat plenè satisfactum propriis,vel non est idem quod in hoc respon.per omnia:licet dicat, prospexerat [2]. Quid ergo, si bonis fideiussoris separatis,solidum ex hę reditate stipulator consequi non possit:vtrum portio cum cæteris hę redis creditoribus ei quærenda [2] b erit?an contentus esse debebit bonis,quæ separari maluerit?Sed cùm stipulator iste non adita [c] à reo fideiussoris hæreditate,bonis fideiussoris venditis [d], in residuum permiseri [3] debitores creditoribus potuerit, ratio non patitur eum in proposito summoueri [e]. ¶ Sed in quolibet alio creditore, qui separationem impetrauerit [4], probari cõmodius [f] est,vt si solidum ex hæreditate seruari nõ possit, ita demum aliquid ex bonis hæredis ferat, si proprij creditores hæredis fuerint dimissi.Quod sine dubio admittendum est circa creditores hæredis, dimissis hæreditariis [g].

Creditores conditionales, & in diem, & etiam legatarij possunt impetrare separationem.Bartolus.

IIII. Idem lib.xij.Responsorum.

CReditoribus, quibus [1] ex die, vel sub conditione debetur [2], & propter hoc nondum pecuniam petere possunt, æquè separatio dabitur: quoniam & ipsis cautione [h] cõmuni consuletur:legatarios autẽ in ea tantùm parte, quæ de bonis seruari potuit [i],habere pignoris [k] caussam,conuenit.

Qui separationem impetrauerunt, non possunt cum creditoribus hæredis concurrere,sed ad bona postea ex hæreditate quæsita: alium de nullo modo. Bart.

V. Paulus lib.xiij.Quæstionum.

SI creditores [1] hæreditarij separationem bonorum impetrauerint [1],& inueniatur non idonea hæreditas, hæres autem idoneus, non poterunt reuerti ad hæredem:sed ei [2], quod semel postulauerint 3,stare debent.Sed si post impetratam separationem aliquid hæres acquisierit,si quidem ex hæreditate,admitti debebunt ad id, quod acquisitum est illis, qui separationẽ impetrauerunt. Sed si illis satisfactum fuerit,quod supersit, tribuetur propriis hæredis creditoribus. At si ex alia caussa hæres acquisierit , non admittentur hæreditarij creditores. Quòd si proprij ad solidum peruenerunt, id , quod superfuerit [4], tribuendum hæreditariis quidam putant,mihi autem id non videtur [m]. Cùm enim separationem petierunt,recesserunt à persona hæredis, & bona secuti sunt, & quasi defuncti bona vendiderunt,quæ [n] augmenta non possunt recipere [o]. ¶ Idemque existimo dicendum, etiam si circa separationem bonorũ decepti minus consecuti sunt, quàm proprij hæredis creditores. Proprij autem hæredis creditores propria eius habent bona, & personam:quæ potest,donec viuit, acquirere [p].

Non solùm creditores, sed etiam legatarij possunt petere bonorum separationem.

VI. Iulianus lib.xlvj. Digestorum.

QVoties hæredis bona soluendo non sunt, non solùm creditores testatoris,sed etiam eos,quibus legatum fuerit, impetrare bonorum separationem,æquum est: ita vt cùm creditoribus [1] solidũ acquisitum fuerit, legatariis vel solidum [q],vel portio quæratur. ¶ Si liberta hæres instituta [r], bonorum possessionem secundum tabulas petiisset eius, qui soluendo non erat, quæsitum est,an bona eius separari ab hæreditariis debeant? Respondi non esse iniquum succurri patrono [3],ne oneretur [2] ære alieno, quod liberta,petendo 3 bonorum possessionem secundum tabulas, contrarit [4] [t].

VII. Marcianus lib.ij.Regularum.

QVi iudicium dictauerint [1] [u] hæredi , separationem quasi hæreditarij possunt impetrare:quia ex necessitate [x] hoc fecerunt.

De curatore bonis dando.

TITVLVS VIII.[1]

Primò loquitur in instituto sub conditione

ditor hæreditarius licet cœpit agere contra hæredem : tamen potest impetrare separationem. Fran.

v ¶ *Qui iudicium dictauerint*.proponendo actionem. Vel die secundum R.etiam contestando,per quod videbantur nouare,& præiudicare vt 3.eo.l.j.§.illud.Sed est contra:quia hæc nouatio proficit,non nocet.vt j.de noua. aliam.

x ¶ *Ex necessitate*.sperueniendi ad suum, quæ est caussatiua necessitas,non præcisa.vel dic quia actio tempore expirabat.argum. 3. de feri.l.j.in fine.& sic expone 3.de bon.autho.iudi.poss.l.ij. & iij. Accur.

¶ DE CVRATORE BONIS DANDO.

Datur curator bonis defunctorũ:vt in l.j.huius tit. vel die absentium:vt C.de capti.& postli.re.l.iij.& supra ex quibus cau. ma.l.ab hostibus.§.j.vel debitorum soluere nolentium:vt inf.à e.l.fi.& j.tit. j.l.j.item quandoque præsentia:vt C.de bo.quæ lib.l.fi.§.j. in fi. Item in alio.vt C.de cur.fur.l.j.Cætera genera curatorum dic vt j.de mu. & bono.l.j.§.fi.& facit 3.de priui.cre.idem priuilegium.§.j. Accur.

Si sub conditione.] CASVS. Hæres institutus sub conditione potestatiua,puta,si der X.fratribus sancti Francisci, adire differt, ad postulationẽ creditorũ cogetur adire. nam dabitur ei dies intra quã si nõ adeat, ex tũc repellatur. si autem hæres institutus sub quacunque conditione, dicat se nolle adire, etiã si conditio existat,tunc bona hæreditaria possidebuntur,& vendentur,vt creditoribus satisfiat.Si autem conditio est casualis, puta si nauis veniat de Ferraria, & sic interim non potest hæres adire:tũc datur curator bonis, qui custodiat ea,& vẽdat res quæ seruando perirent. vendat etiam alia bona propter æs alienum , si quod vrget , sicut fit cùm venter est in possessorium. cùm pupillus hæres est, & non habet tutorem. Franc.

a ¶ *Si sub conditione*.aliàs,is qui sub.aliàs,si sub.

b ¶ *Si potest*.i.si potestatiua est conditio,cogitur quidem nõ præcisè, sed statuitur ei dies intra quã adeat,vt ex tunc repellatur etiam si vel let implere posteà. vt 3.de hære.instit.si quis instituatur. §. j. & 3.de bo.autho.iud.poss.si seruus,& ad hoc C.de inoffi.testa.l.scimus.§.fi.& 3.ad Trebel.l.facta.§.si sub conditione.Accur.

c ¶ *Si conditio*.quæcunque sit,casualis,vel potestatiua,vel mista,patet ergo quòd amittit hæres hæreditatem.Et sic est contrà.3.de acquir.hæred.is qui hæres.vbi cõditionalis nõ potest repudiari.Solu.hic authoritas prætoris præcessit.ibi non tenet per se.arg 3.de offic. præto. l. legatus,& 3.de orig.iur.l.ij.§.& cum placuisset.Vel dic non repudiauit hæres hæreditatem,sed ius adeundi etiam si extiterit conditio. Vel magis pacti quàm repudiationis sunt hæc verba:vt supra de pact.tale in princ.Vel hic non dicit,teneat,vel non,repudiatio,sed bona vendẽda,& sic non tenet.& poterit esse hęres si quid remiserit. Sed an hoc casu est curator bonis?Videtur quòd non:vt statim innuit. & est ad hoc C.de bo.auth.iud.poss.l.fin.& 3.qui.ex eau. in poss. ea. Fulcinius. §.j.vel dic hic dandum & secus ibi . vel quia non fuit petitus , vel ibi bona certum dominum habebant,qui se celabat , quo casu non datur nisi in casibus:vt modo notaui in rubrica.at hic loquitur, quando pendet cuius bona sint, vel nescitur pro certo.

d ¶ *Vendenda*.ex edicto quodam quod non habemus,cuius meminit lex illa,si quis.instit.de hære instit.& etiam hic.& j.l.prox.& est sententia eius,vel ex senatusconsulto:vt j.l.Imperatores.

e ¶ *Quòd si nihil facere potest*.scilicet hæres, id est nec implere conditionem,nec respondere:quia casualis est.Idem puto secundũ Azo. & si possit & nolit:vt 3.de hæred.instit.si quis instituatur.§.sed si bonorum & §.item si conditioni.

¶ *Si donaui.*] Donaui tibi fundum, & antè quàm traderem eum tibi ædificaſti in eo me sciente,& non contradicente, & fic per hoc desij possidere,& postea cœpi possidere illum fundum cũ ædificio,tu petis à me fundum,quia tibi donaſti.ego excipio:quia vltra modũ fuit donatio:& sic non valuit:dicitur,quòd tu replicabis de dolo:quia dolo facio cùm retineo fundum cum ædificio,nec reddo impensas, quas feceras me sciente & patiente.

¶ *Actoris*.]Dic casum vt in gloſſa quæ incipit:feci te actorem , &c.

¶ *Si ſeruus*.] Mandato meo vendidiſti seruum meum vitiosum pro decem,emptor videt eum vitiosum: reddidit seruũ mihi , si procurator meus petat à te pretium,obstat sibi excep. doli etiam si de suo solueret mihi procurator meus:sed repetet à me pretium actione mãdati,vel sine causſa.Eadem seruantur, si sine mandato gerens negotium meum,seruum meum vendidit,& postea habui ratũ, & prædicta cõtigerunt,quæ suprà. ¶ *Si eum qui.*]Si cùm velles mihi donare mille, delegaui te vt ea promitteres creditori meo,& promisiſti,si ab eo cõueniaris, non potes obiicere except. doli. petit enim quod sibi debetur.idem est si mulier eum , qui sibi mille donare volebat, delegauit eũ mihi,vt promitteret mihi illa mille pro ea in dotem. nam tenetur.

Si hæres petat id, quod sibi purè debetur & ipſe illud idem debeat ſub conditione,non ſubmouetur doli exceptione ſi paratus eſt ſatiſdare de reddendo cõditione adueniente: aliàs ſecus.b.d. Paragraphorum ſequentium quidã breues ſunt : ideo ſummant ſeipſos : quidam caſum ponunt in terminis. §. uerò actoris. gloſ. ponit caſum.

V. Paulus lib.lxxj.ad edictum.

PVrè mihi decẽ debes, ea tibi sub conditione legaui : interim hæres meus si petat, doli exceptione non est,submouendus:

nam complectitur a eius, qui dolo b fecit : cnimuero metus causſa c exceptio in rem scripta est, *ſi in ea re nihil metus cauſſa factum eſt*.vt non inspiciamus, an is , qui agit, metus causſa fecerit[36] aliquid:sed an omnino metus causſa factum est in hac re à quocunque , non tantùm ab eo, qui agit. Et quamuis d de dolo auctoris exceptio dolj[37] non obiiciatur : verumtamen hoc iure vtimur , vt de metu non tantùm ab auctore,verùm à quocunque adhibito,excceptio obiici possit e,

30 ¶ Illud sciendum est, hanc exceptionem de metu eum obiicere debere,qui metum non à parente passus est,cuius in poteſtate f fuerit.cæterùm g parenti licere deteriorem conditionem liberorum h in rebus peculiaribus[38] i facere. Sed si se abstinuerit hæreditate paterna,succurrendum ei erit , vt alioquin k succurritur l ,

Idẽ si dolo induxit Titium vt mihi cẽtum pro ea promitteret in dotẽ dare.nam tenetur.nec habet except. doli,poterit tamen agere contra eam vt liberetur ab illa promiſſione.vel si iã soluit , petat ab ea id qđ pro ea soluit. idem in primo casu nam donans aget contra me delegantem vt faciam eum liberari in eo , quod promisit vltra modum, vel si iam soluit, à me repetet.

¶ *Non ſicut.*]Actio dolo est temporalis,finitur enim hodie biẽnio. sed exceptio doli est perpetua.& quæ sit ratio diuersitatis, reditur in litera.Franc.

m ¶ *Summouendus*.vt 3.& 3.de libe.legat.l. nõ soldm.§.fi.sed contrà 3.fi cert. petat. l. pecuniam.Solu.vt ibi.

n ¶ *Conditio*. aliud si omnino est extitura:vt 3.de cond.inde.l.qòd si ea.

o ¶ *Interponere debebit*. scilicet hæres promittit legatario de tãta pecunia danda, si conditio extiterit : vt & 3.vt leg.nom.ca. l.j.

P ¶ *Retinere*. scilicet magis quàm &c.

q ¶ *Quartæ partis*.scilicet loci , per quem via debebatur secundũ Ir. quia seruitus non habet partes.Tu dic,id est iuris , quod est via: arg.3.si seruit.vend.loci.in princ.& de leg.ij. cùm filius. in prin. & 3. ad leg. Falc. l. lege Falc.interueniẽte. Accurſius. Vel dic melius, non oblata quarta parte totius æstimationis meæ : & ita exponitur 3. de legat. ij. cùm filius.in princip.

r ¶ *Sciente*. & non cõtradicente quod pro traditione est : vt C. de acquirenda poſſeſſione.l.j.Accur.

3 ¶ *Modum*.cc.aureorum olim,quingẽtorum hodie:vt C.de donatio. l.penul.

t ¶ *Facta est*.& vtrique replicandum.dolo enim &c. facit 3. de dolo. l.si cùm & mihi. Accur.

v ¶ *Actorio*.feci te actorem generalem ad mutuas pecunias exigendas,túque cùm hoc tibi nominatim mandaui, trãſactionem cum Titio feciſti, & ob eam tibi decem promisit : & secum pactus es , vt si contra trans actionem feceris, non liceret tibi decem petere. porrò contra transactionem fecisti. si ego a Titio decem petiero , quæ tibi promisit, repellor : vt suprà, l. apud. §. quæsitum.vel secundum Hugonem dic quòd erat generalis procurator & specialis ad causſam agendam,& est ei soluta pẽdente lite:posteà,ipse, vel dominus petit,cùm fortè non restituit chirographum:vt dicto §. quæsitum. in fine. & secundum hoc non obstat §. in hac. vt ibi dixi. Dic ergo secundum primum casum actoris:id est administratoris. secundum alium id est agentis,vel si dicas partem soluta pendente lite,& postea petit,totum amittit.quia petit plus:vt institut.de actionibus.§. si quis agens.

x ¶ *Douus*.post transactionem commiſſus secundum primum casum: vel post solutionem commiſſus secundum alium.

y ¶ *Ab eo*.procuratore.

z ¶ *De pretio*.scilicet contra emptorem.

a ¶ *Soluerit*.de suo.

b ¶ *Etiam*. hìc est §. secundum quosdam , vel non est : & fic melius legitur : & secundum hoc dic mercis : id est ſerui : & improprie seruus dicitur merx:vt suprà, de tributoria , l. prima. Accurſius.

c ¶ *Non traditæ*. suprà quando tradidit.hìc quando non fuit traditus.Accur.

d ¶ *Submouebitur*. si petit pretium ab emptore procurator. & facit 3.de pact.ſi cum emptore.§.fi.Accur.

Soluit

a ¶ *Soluit*.de suo. Accur.
b ¶ *Aduerſus dominum*. actione mandati:vel dic sinè causſa vel indebiti.
c ¶ *Noſtrum*.sine mandato.
d ¶ *Vendidit* & ratum habuimus.
e ¶ *Modum*. quingentorum sol.hodie.
f ¶ *Sum*.id est sibi debitum. q. d. non habet causſam lucratiuam: aliàs secus:vt j. eo. Iul. Accur.
g ¶ *Maritus*. cui mulier delegauit volentem sibi donare.
h ¶ *Mulieris*. quæ dolo aliquẽ ad promittẽdum induxit marito.
i ¶ *Accepiſſet*. vtique non:vt 3.apud §.sed & si mulier.
k ¶ *Diuerterit*.& nunc petit maritus vt mulier reddat:& sic loquitur 3.ea.l.§.apud Iul.
l ¶ *Condítione*. certi, vel incerti.
m ¶ *Debitorem*.in eo, quod est vltra legitimum modum. & facit 3.mandati,si mandato. §.si iudicio , & §.quoties. Item facit ad totalem §.j.de noua. l. si quis delegauerit. §. fi. & l.doli.& 3. de do. l. qui id quod.in fin.& l. vt mihi.& C. de noua. l.si pater.& j.ti.j.l.j.§. q; si patronus. & 3. de re iud. l. Neſsennius.in princ.& j.de reg.iur.l. nihil dolo.& C.de cõdi.indebi. l. si citra. & 3.de condi.caus. data. l.si donatur*. §. si quis indebitam.& §.fi.& 3. eo. l. apud Celsum. §. item quæritur. & 3. de iure do.cùm in fundo. §.fi.Accur.
n ¶ *Certo tempore*.anno olim : sed hodie biennio:vt C.de dolo. l. fi.

*Fl.diuerſit.

*Exceptio rei legatario poſt tempus retinere ſummã quam reſtituere in poſſeſſionem rerum hæreditariarũ

¶ Fl.desſumptis.

o ¶ *Competit*.3.de pecul.l. quæsitum. §. in dolo.cõtrà.Sol.hìc, in exceptione:ibi , in replicatione. & per hoc est huius l.ratio.nam actor qui replicat, habet in sua poteſtate quãdo agat,& fic quãdo replicet secundũ Io.& Azo. vel ibi in alienato vel amanumiſſo seruo poſt annum , quòd etiam olim erat tẽpore actionis vel dic vt ibi.Sed oppo.nonne etiam reus habet in sua poteſtate:vt C. de inge.ma.l.diffamari.& C.de remiſ.pign.l.ſi eo ? Sed resp.quicquid dicant alij, tene &c.vt 3.de iur.dot.l.cùm in fundo.§. quòd ſi mulier. Item oppo.C.de non numer.pecu.l.ſi intra.& l.ſi quaſi. sed speciale est ibi,& fic est etiam speciale.C.de dote cau.nõ nume. authen.quod locum.& poteſt esse ratio, quia releuatur approbando , & sic in hoc graueturarg.3.de iureinrando.l.cum qui. In aliis excipientibus non sic:vt 3.de excep.l.j.& facit C.de excep.l.ſi pactum.

3 Fl.an de dolo replicanda ſit?

4 Flo. quo.

p ¶ *Conueniatur*.& facit C.de dila.ſi quando.& authen.quod fieri. & de anna.excep.l.j.§.fin.

Si opera.] CASVS. Obtuli tibi x.quæ debebam, tu noluiſti.illa x. amiſi siue perdidi.amodo si petas ea decem à me,obstat tibi doli exceptio.Idem est,ſi creditori tuo ſolui , & non habes ratum. nam ſi petas amodo à me obstat tibi exceptio doli.Franc.

q ¶ *Si opera*. quia oblatam non recipit:vt j.de solu.l.qui x. in princ. quæ scilicet non recipere dicitur opera : vt C.de ope.lib.l.liberti. & 3.de fideicommiſſ.liber.ſi filius.§.fi.& j.de verb.oblig.l. in executione.§.fin.

r ¶ *Idem est*.vt debitor habeat excep.licet creditor non habeat ratũ: quia cogitur ratum habere : vt 3.de neg.geſt.Pomponius. & l.soluendo.& l.ſi liber.& de pignoratitia actione,ſolutum.§.ſolutam.ibi, vnde ſi domũ &c.vbi & de hoc dixi,ſi verò creditore præsente, & contradicẽte soluerit creditori eius,non liberaretur:vt C.de ſolutio.l.in-

pecuniam iam domino soluit s : & ideo is , qui vendidit , aget aduerſus b dominum.Eandem causſam esse Pædius ait eius, qui negotium noſtrum c gerens vẽdidit d, 4 ¶ Si cum qui volebat mihi donare supra legitimum modum e, delegauero creditori meo,non poterit aduerſus petentem vti exceptione:quoniam creditor suum f repetit[8]. In cadẽ causſa est maritus g. nec enim hic debet exceptione submoueri , qui suo nomine agit. Nũquid ergo nec de dolo mulieris h excipiẽdum sit aduerſus maritũ , qui dotem petit,non ducturus vxorem nisi dotem acce pisset i, nisi iam diuerterit? [9]Itaque condictione l tenetur debitor qui delegauit , vel mulier, vt vel liberet debitorem m,vel si soluit,vt pecunia ei reddatur.

Liberalior eſt lex cum eo qui ignorat quãdo ſit inuadendus, quàm cum eo qui poteſtate habet agendi quando uult.b. d.

5 ¶ Non sicut de dolo actio certo tempore n finitur,ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò competit o; cùm actor quidem in sua poteſtate habeat,quando vtatur suo iure: is autem cum quo agitur, non habeat poteſtatem , quando conueniatur p,

Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſentire non uidetur.

VI. Gaius lib.xxx.ad Edictũ prouinciale.

SI opera q creditoris acciderit, vt debitor pecuniam,quam soluturus erat,perderet, exceptione doli mali creditor remouebitur.

Idem est r, & si creditori eius numeratam pecuniam ratam creditor non habeat.

VI. Vlpianus lib.lxxvj.ad Edictum.

IVlianus ait, Si pecuniam , quã me tibi debere existimabã iussu tuo spopõderim ei,cui donare s volebas:exceptione doli mali potero me tueri , & præterea condictio t mihi aduerſus stipulatorem competit,vt me liberet.

1 ¶ Idem Iulianus ait,Si ei v , quẽ creditorem tuum esse putabas x, iussu tuo pecuniam,quam me tibi debere existimabam , promiſcro , petentem doli mali exceptione submoueri debere: & ampliùs agendo cum stipulatore cõsequar , vt mihi acceptam faciat stipulationem. & habet hæc sententia Iuliani humanitatem y: vt etiã aduerſus hunc vtar exceptione & condictione,cui sum obligatus z.

VIII. Paulus lib.vj.ad Plautium.

DOlo facit, qui petit quod redditurus est a: sic si hæres dãnatus sit nõ petere à debitore, poteſt vti exceptione b doli mali debitor,& agere ex teſtamento.

In pari causſa turpitudinis potior est cõditio poſſidentis.b.d.

IX. Idem lib. xxxij. ad Edictum.

SI procurator rei pecunia accepta damnari se passus sit, & cũ domino iudicati c agatur, tuebitur d se[1] doli mali exceptione: nec[2] quod accepit procurator,auferri ab eo poteſt e. Nam turpiquidum sit,quòd debet ei reddi. alioquin non : vt suprà,quorum legatorum.l.j.§.redigũtur.quæ est contrà.Item secus in alio casu: vt C. qui po.in pig.hab.authen.itẽ posſessor. quæ est contrà. sed illud speciale propter suum mendacium.sic & 3.de rei vend.l.ſi. quæ est contrà.Alij dicunt hæc in petitoriis:sed prædicta in posſessoriis.sed hoc reprobo:quia idẽ in posſessoriis:vt 3.de Carbo.edi.l.iij.§.summatim. vel dic quòd si paratus incõtinenti est probare,obtinet quod dicitur hìc:aliàs obtinet d.l.quorum legatorum.argu.3. ad exhibend.l.iij. §. ibid.& 3. vt in poſ. lega. ſi is à quo.& dixi de hoc,C. de locat.ſi quis conductionis.quæ est similiter contrà.sed ſolue vt ibi not. Item not. hìc de dolo præsumpto:vt 3.mandati.l.dolus.

1 *Flor. tuebitur ſed do.v.*

2 *Flo.nec hoc,*

b ¶ *Vti ex eptione*.vt & j.de fideiuſſ.l.ſi ex teſtamẽto.in prin.nisi ratione ignorantiæ:vt 3.l.ij.§.generaliter.vel ratione affectionis,vel reuerentiæ:vt 3.apud Celsum.§.aduerſus.

I procurator rei.] CASVS. Reus passus est se condemnari pecunia corruptus,si ex hac sententia cõtra dominũ agatur,habet dominus excep. doli. & qui pecuniam dedit procuratori causſa corruptelæ,non repetit ab eo,cui dedit.Franc.

c ¶ *Iudicati*.id est actione in factum de re iudi.Accur.

d ¶ *Tuebitur*. contrà.3.de dolo.l.& elegãter.§.ſi dolo.Solut.ibi procurator actoris:hìc rei.vnde ibi non cõueniebatur dominus,sed agebat,& ideo ibi non datur de dolo,nisi spontanea oblatio profit: vt 3. de ali.iudi.mu.causſa.fa.l.ij. in fi. & quia facilius per actionem primam quàm per actionem de dolo consequitur actor. Item ibi de actione de dolo denegãda:hìc de exceptione concedenda.& facit 3. de re iudi.l.iiij.§.condemnatum.

e ¶ *Ab eo poteſt*. procuratore scilicet per dantem. nam in pari causſ.nouum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Malum minus de duobus eligēdū est.

sa potior &c. vt suprà, de condi.ob turpē cau.l.fi.ob turpem. & hic subiicit, nam &c.

a ¶ *Accepta.* ab actore.

b ¶ *Iustius.* id est minus iniustè. nam neutrum iustum. Et sic not. quòd de duobus malis minus malum est eligendum: vt j. de re. iur. quoties. & suprà, l. apud. §. Marcellus. Sed an domin', cuius procurator est possit repetere? videtur quòd sic: vt 3. de proc. qui proprio. §. procurator. vt in cæteris. de neg. gest. l. fin autem. §. item si fundum. & li. ibertо. §. j. Et quod subiicit decepti est, scilicet procurator. & decipit, scilicet actor, qui mutuam pecuniam dedit: impropriè tamen: vt C. de transac. l. cùm donationis. & infrà de regul. iur. l. nemo videtur fraudare. vel verè decipitur, qui se corrumpi patitur. & facit ad primum respon. suprà si fec. ven. si de communi. Accur.

1 *Fl. posita.*

2 *Fl. deest. ff.*

c ¶ *Deceptus sit.* scilicet procurator. Accur.

2 *Fl. isque vers sius. extraneus-neque.*

d ¶ *Decepit.* scilicet actor. Accur.

Cvm vir.] CASVS. Donauit vir vxori aream, & vxor in ea ædificauit. si vir repetit, quod donauit, obstat sibi doli exceptio. Franc.

e ¶ *Rem seruari posse.* id est impensam; vt 3. de ret vend. l. fin autē. §. in re petita. & 3. de donationibus inter virum & vxor. sed fi vir lanam. §. fi vir vxori. & hoc fi fuit bonæ fidei, credens donationem valere. Quid ergo fi credidit non valere, & fic est prædo: vt 3. de acquirē. posse. quod vir? Respond. adhuc idem: licet quidam contrà: vt not. 3. de dona. inter virum & vxo. l. fi vxor filio. in fine. & facit j. eo. Paulus.

Si procurator.] CASVS. Dolus procuratoris ad vnam causſam constituti cōmissus ante litem contesta. non nocet domino. & da exemplum vt in gloss. quæ incipit, ad vnam rem datus, &c. sed si commisit dolū procurator post lit. cōte. vt quia iudicē corrupit: hic dolus nocet domino: vt si amodo agat dominus vel procurator, obstet ei exceptio doli. Item tutoris dolus nocet pupillo. In fine dicit regulam, dolus procuratoris post lit. contest. commissus puniendus est. nocet ergo committenti, id est domino, qui reputatur eadē persona cum procuratore. Fran. Accur.

f ¶ *Si procurator.* ad vnam rem datus: secus si esset generalis, & haberet liberam. Item secus si in rem suam: vt suprà. l. apud. §. quæritur. & dic, emi rem à Sempronio dolo Titij interueniente nunc autem cōstitui Titium procuratorem meum ad rem exequendā: vel suo nomine rem meā dolosè sciens meam alienauit, & nunc nomine meo vēdicat. non quidem obest ei dolus suus ante litē contesta. commissus. & sic est arg. pro prælato vendicante rem ecclesiæ quā ipse alienauit, quòd non excipiatur de dolo suo: cùm agat nunc nomine ecclesiæ licet posset dici, quòd & tunc erat prælatus cùm vendidit: sed hic non erat procurator.

g ¶ *Isque.* scilicet dolus. Accur.

h ¶ *A re.* scilicet quæ petitur.

i ¶ *Alteri.* ad quod suprà de acquir. rerum dom. per seruum. §. fi. & de reg. iur. l. non debet. 3. de procur. l. ignorantis. Accur.

k ¶ *Fecerit.* puta iudicem corrupit: vt 3. apud. §. quæritur.

l ¶ *Re.* id est instantia: vt & C. de procu. l. nulla.

m ¶ *Idem de tutore.* & plus: quia de omni dolo eius pupillus tenetur. quod dic, vt 3. apud. §. illa etiam quæstio. Accur.

n ¶ *In ea re.* id est in dolo à procuratore commisso.

o ¶ *Dolus.* post litem contestatam commissus.

p ¶ *Non alicui.* scilicet alteri nocet.

ter acceptæ[a] pecunia iustius[b] penes eū est, qui deceptus[c] est, quā qui decepit[d].

X. Marcianus lib.iij. Regularum.

Cvm vir aut vxor in area sibi donata aliquid ædificasset, plerisque placet, doli mali exceptione opposita[1] rem seruari posse[e].

Dolus procuratoris commissus ante litem contestatam non nocet domino: sed post litem contestatam dolus commissus a procuratore, nocet domino. Item tutoris dolus nocet pupillo. Item dolus procuratoris post litem contestatam commissus puniendus est. Nocet ergo committenti: id est, domino, qui reputatur eadem persona cum procuratore. Bart.

XI. Neratius lib.iij. Membranarum.

Si[1] procurator[f] agit, de dolo eius excipi non debet, quia aliena lis est: isque[g] à re[2][h] extraneus est, neque alienus dolus nocere alteri[i] debet. ¶ Si post litem contestatam dolo quid fecerit[k], an exceptio eo nomine in iudicio obiicienda sit, dubitari potest: quia litis contestatione res[l] procuratoris fit, eāmque suo iam quodam modo nomine exequitur. Et placet de procuratoris dolo excipiēdum esse. Idem de tutore[m], qui pupilli nomine agit, dicendum est.

1 ¶ In vniuersum autem hæc in ea re[n] regula sequēda est, vt dolus[o] omnino puniatur, & si nō alicui[p], sed ipsi, qui eum admisit[q], damnosus futurus erit.

q ¶ *Admisit.* scilicet procuratorem, cùm duo essent rei credēdi, vel domini rei quam tertius possidebat: ad quam petendam vnus eorum constituit procuratorem, qui post litem contestatam corrupit iudicē, nocet dantinon autem eius socio. vel dic eum scilicet dolum, ac si dicat, dolus debet nocere committenti. facis autem dominus committere præsumitur, cùm eius procurator post litem contesta. committat: cùm vna persona reputentur.

Qui habet aliquam exceptionem contra actorem, ut pacti de non petendo, vel iurisiurandi, vel similem, habet etiam exceptionem doli. b. d. Franc.

XII. Papinianus lib.iij. Quæstionum.

Qvi æquitate defensionis[r] id est exceptione aliqua: quia omnis venit ex æquitate.

Vi æquitate defensionis in fringere actionem potest, doli exceptione tutus est[s].

s ¶ *Tutus est.* nisi ratione personarum, &c. vt 3. eo. apud. §. aduersus. & l. ij. §. & generaliter.

XIII. Paulus lib.xxiij. Quæstionum.

Liberis exhæredatis qui nihil ex patris iudicio meruerunt, rupto testamento[v] ius suum conseruandum est[x]: nec opponetur doli mali exceptio: quod non solùm in persona eorum[y], sed in hæredibus[z], & in persona liberorum quoque eorum obtinendum est.

XIIII. Idem lib.iij. Responsorum.

Paulus respondit[a] eum, qui in alieno solo ædificium extruxerit, non aliàs sumptus consequi posse, quàm si[1] possideat, & ab eo dominus soli rem vindicet, scilicet opposita doli mali exceptione.

XV. Scæuola lib.v. Responsorum.

Fideiussor cuictionis nomine condemnatus, id prædium, quod cuictum[1] est, & omnia præstare paratus est, quæ iure empti continentur: quæro, an agētē emptorem ex causſa iudicati exceptione doli mali submouere potest. Respondit exceptionē quidē opponi posse[b] iudicem autē æstimaturum, vt pro damnis[a] empto ri satisfiat.

t ¶ *Qui nihil.* quia verè fuerunt ingrati: sed & si aliquid habuissent iure institutionis ex testamento perderent.

v ¶ *Rupto testamento.* agnatione posthumi.

x ¶ *Conseruandum est.* 1 Fl. melius vt scilicet ab intestato succedere possint: vt 3. de contra tabulas. l. filium. circa p in. & 3. de inoffi. testa. l. mater.

y ¶ *In persona eorum.* scilicet filiorum.

z ¶ *In hæredibus.* id est non solùm ipsis liberis, sed etiam hæredibus extraneis ipsorum. & etiam ab intestato venientibus: & in filiis eorum, scilicet liberorum obtinet. & quod de extraneis dixi: dic, si prius adierunt liberi ab intestato. aliàs enim non adita non transmittitur, nisi liberis: vt C. de cadu. tol. l. j. §. in nouissimo. & 3. de act. empt. l. idē nque. Accur.

XVI. Hermogenianus lib.vj. Iuris epitom.

Si debitor[b] à furioso[c] delegatus creditori eius[d] soluat, quē compotem mentis esse existimabat[e], & ita iterum cum eo[f] agatur, exceptione doli mali in id, quod in rē furiosi[g] processit, defenditur.

Alens filiam suam, quam nuptui tradidit: non tenetur ad usuras dotis tardius solutæ: licet per errorem promiserit. b d.

XVII. Scæuola lib.xxvij. Digestorum.

Pater[h] pro filia dotem promiserat, & pact[o] erat, vt ipse alteret filiam suam, eiúsq; homines[1]. Idē homo rusticanus genero scripsit quasi vsuras præteritas[2] ex dotis promissione[i]. quæritum est, cùm ipse filiam suam exhibuerit, & maritus nullam impēsam fecerit, an chirographo ex stipulatu agenti genero exceptio obstare debeat? Respondi, si, vt proponitur[3], pater cùm eā[4] exhiberet, per errorem[k] promisisset[l], locum fore doli mali exceptioni.

Verba enuntiatiua in modum causſæ prolata, exceptionem inducunt. Bart

1 ¶ Auus† nepotibus ex filia legauit singulis centena: & adiecit hæc verba, *Ignoscite: nam potuerā vobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater vester malè accepisset, cui dederam mutua quindecim, quæ ab eo recipere non potui: postremo, hostes*[5] *mihi ferè omnem substantiam abstulerunt.* Quæritum est, an si aui hæres ab his nepotib[o] patris suis hæredibus petat quindecim, cōtra voluntatē defuncti fa-

cere videatur, & an[6] doli mali exceptione submoueatur? Respōdit exceptionem obstaturam[m].

Pendente lite de re empta, non potest cogi emptor ad pretium soluendum. Bart.

2 ¶ Ex quadrante hæres scriptus, à cohærede ex dodrante instituto emit portionem[n] certa quantitate, ex qua[o] aliquam summā[p] in nominibus[q] ex calēdario[r] vti daret[1], stipulanti spopondit. defuncto[t] vēditore hæreditatis, testamentum falsum Septitius accusare cœpit, & hæreditatem ab emptore petiit: & ne quid ex ea minueret, impetrauit[v], quæsitū est cognitione falsi pendente, an hæredes[x] ex stipulatu petēres[y], doli exceptione submouerentur? Respondit, hæredes venditoris, si ante cuentum cognitionis pergant petere, exceptione doli mali posse submoueri[z].

Conditio apposita in institutione, in legatis & fideicommissis intelligitur repetita. Bartolus.

3 ¶ Marito & filio communi ex parte dimidia[a] scriptis hæredib[9], filiam suam ex priori matrimonio natam, ita hæredem instituit: *Mæuia filia mea, ex sex vnciis mihi hæres esto, si cum coh. eredibus tuis partem rationem*[b] *feceris pro mea portione*[c] *in diem mortis*[d] *meæ eius actus, qui pendet ex tutela tua, quam Titius pater meus*[e]*, auus tuus administrauit.* quæritum est, an quia sub conditione instituta filia esset, si omitteret hæreditatem, vti saluam tutelæ actionem haberet, legata quoque[7] sibi à matre data consequi posset[8]? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, eam, de qua quæritur[9], contra voluntatem virum, & filium quem ex eo habebat, in dimidiam ōmnium bonorum, & filiam suā Agnesiam in alia dimidia sub hac conditione, si Agnesia non conueniat alios hæredes Bertæ. quæ Berta successit patri in eo, quod pater Bertæ malè gessit tutelam eius: reliquit etiā legata prædictæ Agnesiæ. nunc Agnesia repudiat hæreditatē Bertæ, & vult habere legata, & agere act. tutelæ contra hæredes Bertæ. dicitur quòd non potest. quia & legata sub prædicta condi. relicta fingūtur, vnde obstat exce. doli. Franc.

5 Fl. deest, an.

h ¶ *Pater.* scilicet rusticus.

i ¶ *Promissione.* scilicet se præstiturum. & ad hoc facit 3. manda. l. si creditor. §. si inter. & de iure dot. cùm post. §. vsuras. & 3. solu. matr. l. in insulam. §. vsuras.

k ¶ *Per errorem.* quod præsumitur, quia fuit rusticanus: vt 3. de proba. l. cùm de indebito. & in hoc facit 3. de iure do. l. iure succurſum. §. fin.

l ¶ *Promisisset.* i. tractasset. Accur.

m ¶ *Obstaturam.* quia videtur voluisse eos consequi liberationē: quia dixit, recuperare non potui, ad quod facit 3. de rei ven. l. emptor. §. ancillam. & 3. de proba. l. Procula. & 3. famil. ercis. l. ex patre. §. intestato. & 3. de leg. ij. l. Lucius. §. fi. & 3. de leg. iij. l. fideicom. §. hæc verba. & ad Treb. l. qui filium. & de do. l. ex hac. Accur.

n ¶ *Portionem.* i. dodrantem. Accur.

o ¶ *Ex qua.* id est ex quo dodrante.

p ¶ *Summam.* id est quantitatem.

q ¶ *In nominibus.* cōsistentem.

r ¶ *Ex calendario.* hoc enim & vēditori: quia liberatur à creditore hæreditario, & debitori eidēmque emptori proficiebat & facit 3. de lega. iij. l. qui filiū.

7 Fl. deest. quæ manuscr. legataque.

s ¶ *Daret.* creditori hæreditario, cuius erat calendārium. vel dic quòd erat hæreditarium, in quo continebatur etiam debitum à defuncto vel quòd dicit se soluturum de debito, quod debet debitor hæreditarius scriptus in calendario defuncti. & secundum hoc concordat inferior gl. Accur.

8 Fl. quæretur.

t ¶ *Defuncto.* hoc si contingit.

v ¶ *Impetrauit.* quod faciendum fuit: vt 3. de peti. hæred. diuus. Accursius.

x ¶ *Hæredes.* scilicet venditoris. Accur.

y ¶ *Petentes.* scilicet pretium. Accur.

z ¶ *Submoueri.* nisi dent fideiussores de cuictione: vt 3. de peri. & cōmo. rei ven. l. pen. §. j. & C. de enic. l. si post. hīc enim nō dabat: & ideo emptor non debet nomina cedere. sed certè neque potuit: quia impetratum fuit, vt non diminueret aliquid ex hæreditate. & hoc secundū tertiam expositionem superiorem.

a ¶ *Dimidia.* id est sex vncijs. Accur.

b ¶ *Rationem.* id est eos non conuenias act. tutelæ pro parte qua hæredes sunt. nam pro tua parte extinguitur actio: vt C. de hære. act. si adulta. Accur.

c ¶ *Portione.* fuerunt enim & alij hæredes aui præter hanc, quorum partes non curauit liberari. Accur.

d ¶ *Mortis.* id est, cum fuero mortua. Accur.

e ¶ *Meus.* cuius hæres sum. Accur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 ¶ *Voluntatem.* quia etiam in legato videtur repetita conditio: & sic non obstat ff. de legat. j. qui filiabus. quę est cõtrà. & pro hoc ff. de condi. & demonst. auia. Item eadem ratione nõ obst. ff. de leg. j. l. filio.
b ¶ *Exceptionem.* sed videtur q̃ conditione defecta, ipso iure deficit actio. sed hoc vbi est expressa conditio, secus si tacita. vel fortè vtrobique eadem est ratio:
& hic die exceptione, scilicet doli de facto, vel refert inter conditiones negatiuè positas, in quibus Muciana cautio, scilicet de restituendo legato si cõtra conditionem fecerit, solebat interponi, vt etiam interposita cautione obstet exceptio petenti, si velit contra conditionẽ venire: vt hic. talis enim erat hæc conditio, si non egeris actione tutelæ, qualiacunque igitur verba fuerint hîc consonant. & facit ff. de condition. & demonst. fi cui.

1 Flam. lusa de fund.

¶ QVARVM rerum actio, &c.

Quandoque à princ. nõ nascitur actio, vt in turpibus: vt ff. de verb. obli. generaliter. & l. sequen. quandoque nascitur. sed inefficax: vt cùm dolus vel metus interuenit: vt Cde inutilibus stipul. dolo quadoque efficax. sed postea fit inefficax, vt per pactũ vel simile causſam: vt ff. tit. j. & ij. & iij. & iiij. non ergo de omnibus hic tit. dicit: sed de quibusdam & inordinatè.

1 Flo. discessurum se.
2 Flo. iurauit.
3 Flo. iurauit.

tatem a petere, & ideo exceptionem b doli obstaturam.

Quarum rerum actio nõ datur: [& de exceptione iurisiurandi.]

TITVLVS V.

1. Vlpianus lib. lxxvj. ad Edictum.

VIsiurandum vicẽ rei iudicatæ c obtinet, non immeritò: cùm ipse qui iudicem d aduersarium suũ de causſa sua feccrit, deferendo ei iusiurandum.

1 ¶ Si pupillus sine tutoris authoritate detulerit iusiurandum, dicemus non obstare e exceptionẽ ſtam f: nisi tutore auctore in iudicio g delatio facta sit.

2 ¶ Si petitor fundi iusiurandum detulerit aduersario, si actor eius iurasset suum fundum se tradidisse, ab eà controuersia discessurus h, exceptio possessori i fundi dabitur.

Pro se tantùm iurans, sibi tantùm parit exceptionem, secus si in rem iuret. b. d.

3 ¶ Si fideiussor iurauerit 2, si quidem de persona sua tantùm iurauerit 3, quasi se non esse obligatum k, nihil reo proderit. si verò in rem l iurauerit 4, dabitur exceptio reo quoque.

Dominus seruum qui negotia sua gessit manumittens, potest à libero facto stipulari, quæ sibi debet ipse seruus de negotiis gestis. hoc dicit.

4 ¶ Si manumisero eum seruum, qui negotia mea gesserat in seruitute, deinde stipulatus ab eo fuero, qui 5 negotia mea gesserat 6, quicquid ob eam rem m, si tunc n liber fuisset, eum mihi dare oporteret, id dari: deinde ex stipulatu agam, nõ submoueri me exceptione. neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum 7 • ex re patroni non faciat.

Imposita à patrono liberto causſa onerãdæ libertatis, peti nõ possunt, siue statum, siue ex interuallo imposita sunt: & declarat dictũ suum dilucidè usque ad finem legis per diuersos casus: & in §. si seruus. in l. sequen.

5 ¶ Quæ onerãdę† libertatis causſa stipulatus sum, à liberto exigere non possum p. Onerandæ autem libertatis causſa facta, bellissimè q ita definiuntur, quæ ita imponuntur liberto, vt si libertus patronũ offenderit, petatur ab eo, semperque sit metus exactionis ei subiectus r: propter quem metum quid uis 9 sustineat patrono præcipientc. In summa, si incontinenti s imd ¶ *Iudicem.* impriè & sic supple, quaſi. sic C. de fideicom. l. obstat. C. ne quis in sua causſa. l. j. vel illud in cõtentiosis iurisdictionibus: hoc in volũtariis. argu. ff. de adop. l. iij. & facit ff. de confeſ. l. j. prima placet.
e ¶ *Non obstare.* quia replicatur etiam sine restitutione: vt ff. de iureiur. l. iusiurandum. §. j. quę est contrà. & facit suprà, de pact. l. contra iuris. in princ. Accur.
f ¶ *Istam.* scilicet iurisiuran.
g ¶ *In iudicio.* idem si extra: vt ff. de iureiur. l. tutor. & argum. ff. de administr. tuto. quoties. §. nec vtique. & arg. ff. manda. l. idemque. §. fideiussores.
h ¶ *Discessurus.* fuit ergo pactum de non agẽdo sub condictione si talis iurauerit: quod valet existente condictione. vt ff. de iureiurã. l. si quis cum debitore. & sic non obstat argu. contrà ff. de diuer. & temp. præscrip. l. pen. §. pen.
i ¶ *Possessori.* dubitatio erat, an idẽ in reali actione quod in personali, vt possit iusiurandum deferri, vel an iusiurandũ alterius

7 Haloander.

† iste § facit in arg. ob id quod ius ſa cemio prag. ſa. glo. hoc Cuiac. lus. circa verbo Cuiac. med. de his quæ de pactis. glo. hoc Cuiac. quæ de pactis. glo. hoc Cuiac. 8 Flandr. hoc. 9 Flandr. alio

alteri prosit, sed & pacti dari potest: vt ff. de pact. sit tibi. §. pactum.
k ¶ *Non esse obligatum.* id est se non fideiussisse. Accur.
l ¶ *In rem.* scilicet pecuniam non esse numeratam, vel solutam fuisse: cùm sic ei deferatur: vt ff. de iureiur. duobus. §. ij. & l. fi. §. si fideiussor. secus si pactum sit fideiussori: quia tunc demum reo prodest, si hoc agatur: vt ff. de pact. l. fideiussoris. & l. videlicet. Sed quid in dubio? Resp. de toto iurasse videtur: vt ff. de iureiuran. l. fi. circa prin. cùm locum solutionis obtineat: vt eo. tit. l. duobus.
m ¶ *Ob eam rem.* id est ob gestionem.
n ¶ *Si tunc.* scilicet cùm gereret.
o ¶ *Abruptum.* i. surreptum à liberto ipsi patrono, vel econtra ipsi liberto ereptum per stipu. patroni: & ad hoc ff. quæ in fraud. cred. quæ autem. §. simili. & l. fi. circa prin. Item idem intelligo secundum Azo. si non fieret lucrum: sed malè administrauit dolo vel culpa. ar. ff. de neg. gest. eum actum. & l. at qui. & facit ff. de manu. testa. l. seruum. & C. de li. cau. l. fin. & C. an seruus ex fuo facto. l. promisiſſe. Sed quæ erat dubitatio? Respon. secundum Ioann. & quia causſa onerãdę libertatis, & quia sicut. de nego. gest. nõ tenetur, ita nec de stipu. super eo interpositа. venit ergo in hanc stipulationem quantum eum ex bona fide præstare oporter. & hoc videtur promittere: vt & aliàs suprà loca. l. quæro. circa prin.
p ¶ *Non possum.* vt & C. de ope. liber. l. fi qua. in fi. Accur.
q ¶ *Bellissimè* id est, pulchrè. & bene differentia assignatur: sed certè imò non bene aperit. dic ergo, aut stipulatur aliquid simpliciter pa- tronus incontinenti, vel ex interuallo annum vel menſtruum, vel semel præstandum, & tunc potest peti quaſi donum, vel munus, vel opera. Si autem non simpliciter, nec animo exigendi simpliciter, sed si patronum in aliquo offenderit, tunc demum exigat, non aliàs, tunc dicitur causſa libertatis onerandæ imponi vt hîc subiicit. & ff. eod. l. fin. in fine. hoc tamen distinctò, quia si incontinenti hoc modo stipuletur, præsumitur satis causſa onerandæ libertatis promissum. Si autem ex interuallo promittitur, eodẽ modo imputet sibi libertus, nisi probet quòd nimia reuerentia, & amore, quem habuerat in patronum, sic promisit, vt hîc subiicit: & ita ex eo, quòd ex interuallo sic, transfertur onus probandi in libertum. Accur.
r ¶ *Subiectus.* scilicet patrono. Accur.
s ¶ *Incontinenti.* id est tempore, quo manumittitur. Liberto.

a ¶ *Liberto.* promittenti prædicto modo.
b ¶ *Eum.* scilicet libertum. Accurſius.
c ¶ *Metu solo.* aliter accipitur hîc metus quàm C. de transact. inter- 2 Balin. l. j. positas. & nor. 2 hîc arg. quòd mulier quæ rem suam vendidit, vel hypothecauit: si renuntiauit metu, vel reuerentia, quòd possit renocare: Cuiac. bo. mu. in vñ. co. & Alcia. de ſ. a. pro. ad Barto. Salic. glo. hoc. Bal. Ang. Imo. Fulgo. Cagnol. Ias. Bero. Rip. Decius. Ale. Corne. Cur. Ale. Ale. Ale

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ DE LITIGIOSIS.

Quia & hoc est exceptio, ideo iste tit. hic ponit post alias exceptiones.

litigiosam. CASVS. Eo ipso quòd denuntio Titio ne Stichum seruum, quē possidet vendat: licet posteà vē dat non sit res illa litigiosa. Secundò dicit, primus petebat à secūdo Stichum seruum, & lis est de hoc contesta. emi istum Stichum à quodā Titio c. est mihi traditus: & posteà eum desij possidere: nunc eū petere volo à possessore. Dicitur q̄ non obstat mihi exceptio litigiosi. & redditur ratio in litera. Tertiò dicit, emi Stichū ab eo cum cuius tutore vel curatore vel procuratore agebatur ad illum Stichum: & est mihi traditus ille Stichus, & posteà desij possidere eum. dicitur q̄ si volo petere illum Stichum repellar excep. litigiosi si sciens litigiosum eum emi. Franc.

1 Fl. & quòd.

a¶ *Denuntiatio.* facta fuit venditori: vt hic & C. e. l.j. in fi. idem fi emptori: vt C. de rescin. vend. fi maior. Sed an inducat malā fidē? Rñ. sic, si cœperit habere malam fidem. aliàs non: vt ℣. de mino. l. tutor. & ℣. qū fal. tut. autho. l. fi id inquit, & secundum hoc intelligitur C. de rei vendi. si fundū. in casu fortè p̄sumit mala fides: vt ℣. quæ in frau. credi. ait p̄tor. §. ita demū. Acc.

Denūtiatio an inducat malam fidē.

b¶ *Contestata sit.* hodie non est opus contestatione: vt in authē. de lit. in prin. nisi personali actione fortè: vt C. eo. l. ij.

c¶ *Exceptioni.* exceptionem patitur qui rē litigiosam emit: quia si cecidit à possessione, & petit eam ab aliquo, obstat exceptio rei litigiosæ. & facit ℣. quæ res pign. obl. posl. j. §. eam rem.

d¶ *Quia.* aliàs quòd id est, quia.

e¶ *Iungant.* fortè etiam simulatè: arg. ℣. de transac. cūm hi. §. si cùm is. Accur.

Litigiosi vitium nō affi citur.

f¶ *Non poterant.* id est difficile erat. Et not. hic quòd vitium litigiosi non afficit rem. aliàs noceret cuilibet: vt furti vitium. Accur.

g¶ *Cum ipso.* minore, vel domino, vel furioso. Accur.

h¶ *Pertinere.* emi ego ab eo, cùm cuius tutore vel curatore, vel procura. agebatur, repellar exceptione si sciens emi rē litigiosam: vt ℣. l. proxim & agam nunc contra aliquem possidentem: & fic est in rem ex parte opponentis hæc exceptio, sicut exceptio doli: vt suprà, de doli excep. l. ij. §. j.

Si seruus. CASVS. Seruus meus emit rē litigiosam, & ipse sciebat rem litigiosam, ego non. vel econtrà, dicitur quòd scientia seruī inspicitur, nō mea domini: vt si sciuit, noceat mihi vitium litigiosi. & hæc sunt vera, quando sine meo mādato emit, si autem meo mādato emit, hoc casu inspicitur mea scientia, vel ignorantia, non serui. Franc. Accur.

i¶ *Cùm emeret.* rem litigiosam, & nomine peculiari: vel dominico sine mandato domini. Accur.

k¶ *Pœna litigiosi.* id est repellitur exceptio. qui emit. si à possessione cadat, & vendicet. non enim erat illa pœna statuta per leges istas, sed hodie statuitur: vt C. eodem. l. fi. & facit ℣. de Pub. l. eum qui. §. in hac. in fi. & ℣. de contrahen. empt. l. in huiusmodi. & ℣. de vſucap. sequitur. §. Labeo.

l¶ *Si mandato.* imò & si mādatū interuenit, debet inspici serui scientia: vt ℣. de ædil. edic. l. cum mancipiū, ibi, & certum incertúmve. quæ

De litigiosis.

TITVLVS VI.

1. Vlpianus lib. lxxvj. ad Edictum.

Litigiosam rem non facit denuntiatio a quæ impediendæ venditionis causſa fit.

Lis duorum primi & secundi non facit rē litigiosam, quæ uenditur ab eo, qui litem pro ea re non patiebatur. h. d.

¶ Si inter primum & secundum lis contestata sit b, & ego à tertio emero, qui nullam controuersiam patiebatur, videamus an exceptioni c locus sit. Et putem subueniēdum mihi: quia is, qui mihi vendidit nullam litē habuit: & quia 1 d potest fieri, vt duo in necē eius litem inter se iungant e, qui cū ipso litigare non poterant f. Si tamen cum procuratore, tutore, curatorēue alicuius acceptum iudicium sit, consequēs erit dicere, quasi cū ipso g litigetur, ita ad eum exceptionem pertinere h.

Ad hoc ut res fiat litigiosa, insp̄icitur scientia siue ignorantia eius qui emit, & non eius, cui acquiritur. h. d.

1 1. Idem lib. vj. Fideicommissorum.

Si seruus, cùm emeret i, sciuit, ignorauit autem dominus, vel contrà, videndum est, cuius potius spectanda sit scientia. Et magis est vt scientia inspicienda sit eius, qui comparauit, non eius, cui acquiritur. & ideo pœna litigiosi k competit: sic tamē, si non mādato domini emit. nam si mandato l, etiamsi sciuit seruus, dominus autem ignorauit, scientia non nocet: vt 1 & lianus in re litigiosa scribit.

Patitur pœnam dupli, qui rem litigiosam consecrat, vel dedicari facit. Item æquum est eum commodum percipere pœnæ cōuisse, qui damnum sustinuit. h. d.

1 1 1. Gaius lib. vj. ad leg. xij. tabularum.

Rem de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare: alióquin dupli pœnā m pati mur, nec immeritò n: ne liceat quoquo 1 modo duriorē aduersarij conditionem facere o. Sed duplū vtrùm fisco, an aduersario præstandum sit, nihil exprimitur. Fortassis autē magis aduersario præstandum 2 sit: vt id veluti solatium habeat pro eo, quòd potētiori aduersario traditus est p.

1 Fl. accepit. 2 Fl. desp. sententiam.

De obligationibus & actionibus.

TITVLVS VII.

Hæc lex multiū artificialiter procedit per diuisiones obligationum. & diuiditur cum duabus ll. seq. & prin. quartæ in sex partes. In prima ponit primam diuisionem obligationū. In secunda, subdiuisionem. In tertia, declarat quomodo contrahitur obligatio re. In quarta, quomodo contrahitur verbis. Quintò, quomodo consensu. Sextò, ponit & declarat quomodo contrahitur obligatio ex maleficiis. Secunda ibi. Obligationes. Tertia ibi, Re cōtrahitur. Quarta ibi, Verbis autem. Quinta in l. seq. Sexta in principio l. quartæ, usque ad §. sed quis absentiā. & textus est planus.

1. Gaius lib. ij. Aureorum.

Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodā iure q ex variis causſarum figuris r. 1¶ Obligatio ex contractu, quædam ex maleficio, quædam ex variis figuris causſarum. quod vltimū exponē, vt in glo. hic posita, quæ incipit, quæri consueuit, &c. Secundò dicit, quòd oblig. quæ nascuntur ex contractu, quædam fiunt re, quædā verbis, quædam literis, quædā consensu. De obliga. quæ fiunt re, dat quatuor exempla, s. in mutuo. item in commodato. item in deposito. item in pignore, quod datur creditori: nam est obligatus ad rem reddendā soluto debito. Sequitur de oblig. quæ fit verbis: & primò qualiter fiat. nam fit ex interrogatione & respōsione, cùm quid dari fierive nobis stipulamur, & quandoque quis obligatur suo nomine, quandoq; alieno, & ite vocatur fideiussor. Posteà dicit q̄ cum stipulor aliquid dari quod dari non potest: vt liberum hominem, vel rem sacram, nō valet stipulatio. item si rem meam stipulor mihi dari. idē si sub impossibili condi. stipulor: nam non valet stipulatio. Item furiosus nō potest stipulari, vel promittere. item puer, qui est talis ætatis, vt nō intelligat quid agat, nō potest stipulari vel promittere nisi sit talis ætatis, vt possit loqui, & habeat aliquem intellectum. item mutus, item surdus non possunt stipulari vel promittere, & redditur ratio in litera. Sequitur de obliga. quæ fiunt cōsensu: vt est vēditio, locatio, & similes: & ideo dicuntur consensu, quia non est opus scriptura, neque literis, neque verbis. hinc est, q̄ inter absentes possunt fieri, item in eis venit ea, de quibus non est actū: vt usuræ ex mora: & alia, de quibus dic vt in glo. & hoc dicit hæc lex & seq. Franc.

q¶ *Iure* subaudi scilicet. Accur.

r¶ *Figuris.* Quæri consueuit, quæ sunt istæ obligationes quæ oriuntur ex variis figuris causſarum? Respon. quidam, illæ quæ sunt ex quasi contractu, & ex quasi maleficio: & talem dicunt conditionem furtiuam

furtiuā, scilicet ex quasi cōtractu, & ex quasi maleficio, & secundum hoc sunt tātum tria membra. Alij dicunt vt Hug. hoc esse dictum propter cōditionem furtiuam, quæ habet insignia contractuum & maleficiorum, nō tamē est ex maleficio, quia datur in hæredem, vt insti. de obli. quæ ex delic. in fi. Item nō ex contractu: quia nō daretur inquantum est locupletatum peculium tantum, sed insolidum, quatenus peculium insolidum pateretur: vt suprà, de pecu. l. iij. §. ex causſa. & secundum Hug. die suprà, ex contractu, scilicet vel quasi. Item ex maleficio, sup ple vel quasi: vt sit argumētatio à sufficienti partium enumeratione: & secūdum hoc sunt quinque membra. Vel intelligēdum est de obligationibus, quæ non sunt iure, scilicet ordinario: sed magis proprio quodam iure, id est, extraordinario separato à contractu vel quasi, & maleficio vel quasi: vt actiones, quæ dantur loco interdictorum: vt in interdicto quod vi aut clàm: & eo casu cùm datur cōtra eum, qui non fecit, sed ratum habet: vel de noxa quibus conuenitur dominus ex delicto serui: vel de pauperie: vel de ac. quod metus causſa, quæ datur contra bonæ fidei possessorem, & in similibus. de vitiosus autem dico per prætores dari, non oriri ex contractu, ex quo directa, vel alio facto. ex quo datur directa: vt ex albo prætoris corrupto. nam cùm quis vendit actionē suam: emptori datur vtilis, non nascitur. vel dic, datur vtilis non ex illa venditione, sed potius ex ipso veteri contractu: vt no. C. de leg. ex legato. de actio. in rem, dic quòd non nascitur ex obligatione: vt infrà. de actio. §. primo, vnde nec propriè dicitur actio, vt ℣. eod. actio. Item stipulationes prætorię & interdictæ non sunt proprię actiones: vt infrà eodem, l. actionis verbo. De actionibus quæ ortuæ sunt ex variis figuris causſarum: sed potest dici ex contractu, cùm sint obligatoria talia pacta, vel conuentiones. Nam a & ipsum pactum est contractus. Accur.

1 Fl. accepit. 2 Fl. accepit. 3 Fl. posterit. 4 Fl. interuenerit. 5 Fl. accepit. 6 Flo. crimine 7 Fl. qui &. 8 Fl. de ea ipsa re. 9 Fl. desp. antitas reddatur: tunc e- tem. vel l. respōſſ. 11 Fl. ſed quod

s¶ *Obligationes ex contractu.* impropriè ponitur: vt ℣. de verborum significā. Labeo. Accur.

b¶ *Consensu.* quartum membrum, scilicet literis, non ponitur: quia iure ciuili fuit introductus, & sic per has leges incognitus: vel quia in lege. C. non est sequens: vel dic quòd sub hoc verbo, scilicet verbis, continetur. nam verborum obligatio aliàs enuntiatiuorum, id est, sine literis. alias in scriptis. sed insti. eo. ponitur hoc membrum. Accur.

c¶ *Re contrahitur.* hæc & sequentia exponē vt insti. quibus modis re contrahi. ob. per totum. & caue tibi quia hic non ponit de indebito quia non sunt ex quasi contractu: licet in insti. ponat. sed inter eas, quæ sunt ex quasi contractu: vt ℣. l. ex maleficio. §. is qui quoque. Accur.

d¶ *Mensa ære.* de his dixi ℣. si certum pet. l. ij. §. j. Accur. sus.

e¶ *Damnis.* ex proposito. tamen sæpe easdem res recipimus etiam

f¶ *Ipsa re.* in hoc differt à mutuo: & dic vt insti. eo. §. ij. Accur.

tiones ex contractu a, aut re contrahuntur aut verbis, aut consensu b. ¶ Re contrahitur c obligatio, veluti mutui datione. ¶ Mutui autem datio consistit in iis rebus, quæ pondere, numero, mensúrave d constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus e, vt accipientis fiant, posteà alias recepturi eiusdē generis & qualitatis. ¶ Is quoque cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur: sed is de ea ipsa re f, quam accepit 1 restituenda tenetur. & ille g quidem, qui mutuum accepit, si quolibet casu, quod accepit, amiserit, nihilominus obligatus p manet h. Is verò qui vtendum accepit, si 2 maiore i casu, cui infirmitas humana resistere non potest, veluti incendio, ruina, naufragio, rem, quam accepit, amiserit, securus est: aliàs tamen exactissimam diligentiam k custodiendæ rei præstare compellitur: nec ei sufficit eam diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire potuerit 2. Sed & in maioribus l casibus, si culpa eius interuenerit 3 m, tenetur. veluti, si quasi amicos ad cœnam inuitaturus, argentum, quod in eam rem vtendum acceperit, peregrè proficiscens secum portare voluerit, & id aut naufragio, aut prædonum hostiúmve incursu amiserit.

¶ Is quoque n, apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur o, qui & ipse de ea re quam acceperit, restituenda tenetur. Sed is etiam si rem negligenter custoditam amiserit, securus est. Quia enim non sui gratia accepit 4, sed eius, à quo accepit 5, in eo solo tenetur, si quid dolo perierit. negligentiæ verò nomine ideo non tenetur: quia qui negligenti amico rem custodiendam committit, de se queri p debet. magnam tamen negligentiam q placuit in doli crimen 6 cadere.

¶ Creditor quoque, qui pignus accepit, re tenetur r: quia 7 & ipse de ea 8 re quam accepit restituēda tenetur.

2 ¶ Verbis s autem 9 obligatio cō trahitur ex interrogatione & respōsione 10, cū quid dari, fierive nobis stipulamur 11. ¶ Sed aut pro prio nomine quisque obligatur, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fideiussor vocatur t: & plerunque ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione v tenentur: dum curamus, vt quod in obligationē deduximus, tutius nobis debeatur.

3 ¶ Si id, quod dari stipulemur x, tale sit, vt dari non possit y, palàm est naturali ratione inutilem z esse stipulationem: veluti si de homine libero, aut iam mortuo, vel ædibus deustis facta sit stipulatio inter eos, qui ignorauerint a eum hominem liberum esse, vel mortuum esse, vel ædes deustas esse.

¶ Idem iuris est, si quis locum sacrum, aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit. Nec minùs inutilis est stipulatio, si quis rem suā, ignorans suam esse, stipulatus fuerit. Item sub impossibili conditione b factam stipulationem cōstat inutilem esse.

4 ¶ Furiosum, siue stipuletur, siue promittat nihil agere, natura c manifestum est. Huic proximus est, qui eius ætatis est, vt nondum intelligat d quid agatur. sed quòd 12 e ad hunc, benignius acceptum est. Nam qui loqui potest, creditur f & stipulari, & promitte

k¶ *Diligentiam.* hoc distingue: vt ℣. cōmoda. l. fi. vt certo. §. interdum. & facit lex in rebus.

l¶ *In maioribus.* scilicet fortuitis. Accur.

m¶ *Interuenerit.* scilicet casus.

n¶ *Is quoque.* dic vt institu. eodem. §. præterea.

o¶ *Tenetur.* nisi ita posita sit, vt certa quātitas reddatur: tunc eg reditur suos termi nos: vt suprà, depo. l. Lucius.

p¶ *Queri.* id est, sibi imputare debet: vt institu. eodem. §. penult. Accursius.

q¶ *Negligentiam.* id est, latam culpam: vt ℣. depositi. l. quod Nerua. & facit ℣. ad Trebell. l. mulier. §. sed enim. & ℣. de suspect. tu. l. impuberibus. §. j. & ℣. de verbor. significa. l. magna. sed in casibus tenetur de fortuito casu, quod dic; vt ℣. depositi. l. j. §. sæpe euenit. Accur.

r¶ *Tenetur.* quo ad pignora: sed quo ad hypothecariam, secus. nam illa contrahitur solo consensu: vt ℣. de pigno. act. l. j. & de hoc dic vt nota. insti. quibus mod. re contrahi. obli. §. fi. Accur.

s¶ *Verbis.* hucusque de his quæ re contrahuntur: nunc de his quæ verbis, quod dic vt instit. de verborum oblig. in prin.

t¶ *Vocatur.* largissimè acceptus etiam pro expromissore quando liberatur reus, accipitur: quia fidem suam ponit pro alio. strictè aliter: vt insti. de fideiussor. & dic vt ibi. Accur.

v¶ *Obligatione.* quantum ad rem, quæ vna est: & quia vna solutio vtranque tollit. alia est tamē vnius, & alia est alterius obligatio. & sic quo ad formam diuersæ sunt, vt in duobus reis promittendi, vt ℣. de duobus reis. l. iij. §. fi. Accur.

x¶ *Stipulemur.* aliàs stipuletur, passiuè.

y¶ *Non possit.* vel quia non est, nec esse potest: vt chimera. vel quia stipulator non habet commercium propter religionis diuersitatem, vt Iudæus mancipij Christiani. vel ratione delicti. vt hæreticus. quibus casibus inutilis est stipulatio. aliter si promissor non habet rei cōmercium, stipulator habet: vt ℣. tit. j. l. multum.

z¶ *Inutilem esse.* indiget enim stipulatio naturali & ciuili ratione.

a¶ *Ignorauerint.* per quod videbatur valere: sicut emptio liberi hominis valet inter ignorantes: vt ℣. de contrahenda emp. qui officij. §. j. & l. liberi. & l. domum. & ℣. tit. j. l. nemo. & insti. de inuti. stipu. §. fi impossibilis. Accur.

b¶ *Conditione.* natura scilicet vel iure. quod dic vt institu. de inuti. stipu. §. fi impossibilis. Accur.

c¶ *Natura.* quia consentire impeditur.

d¶ *Intelligat.* scilicet plenissimè. Accur.

e¶ *Quo.* id est, quantum. Accur.

f¶ *Creditur.* dummodo aliquem sensum habeat, & non sit infans:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt J.tit.j.l.j.& l.mulier,nisi in casu:vt J.rem pupil.sal.fore. l. seruum. & de his duobus dixi instit.de inuti.stipulatio §.furiosus.& §.pupil lus.& facit J.quib.ex cau.in posses.earu.Fulcinius. §. planè interdictum.& J.tit.j.l.fi.§.j. Accur.

a ¶ *Posse.*tutore author e,vt opus est.Accur.

b ¶ *Mutum.* de hoc dic vt insti.de inu.stip. §.mutum. Accur.

c *Qui etiam.* scilicet surdus.

CEssat.] CASVS. Condemnatus in condict.furtiua,vel simili nō infamatur.Franc.Accursius.

l ¶ Cessat ignominia. id est infamia.

m ¶ Pendeant.vt condictio furtiua , sed tamen grauatur eius opinio: vt ff.de obsequiis.l.honori.& facit ff.vnde vi.l.neque. & nota quòd omnes sunt personales:vt inst. de actio.§.appellamus.

Actiones famosæ perſonales sunt.

Actionis verbo.] CASVS. Hoc vocabulum actio,largissimè accipitur omnem comprehēdit act.in rem,item act.in personam directas & vtiles & præiudiciales.item stipulationes prætorias,vt damni infecti.Item stipulationes legatorum & similes. item interdicta. Secundò dicit,quædam actio.sunt mistæ,in quibus quilibet est actor & reus , vt est actio finium regundorum,& similes.Franc.

n ¶ *Actionis verbo.*largissimè accepto.sic suprà de dolo.l. & eleganter.in princ.& infra de verbo.significa.pecuniæ. §. actionis. & facit ff. eo.l.actio.Accursius.

o ¶ *Directa.*quæ ex mente,& verbis legis : vtilis , quæ ex mente tantùm:vt suprà fi qua.pau.fe.di.l.j.in princ.& l.fin.Item exemplum C.de hære.ven,l.emptor.

p ¶ *Vtilis.*actio.

q ¶ *Præiudicium.*id est,præiudicialis actio:vt institut.de action.§.præiudiciales.

r ¶ *Obtinent.*& sic nota.quòd nihil est id cui idipsum simile est , vt ff. rem ra.habe.non solùm.& ff.de præto.ftipu.l.j.§.j.

s ¶ *Similes.*vt de dupla:vt ff.de euict. l.ij.

t ¶ *Interdicta.*quæ non sunt actiones,sed vim actionum habent,& dicuntur interdicta,id est inter duos reddita , vt suprà vti possidetis. l. j. Accursius.

v ¶ *Et vtrobi.*aliàs dicuntur mistæ.id est in rem,& in personam,vt institu.eod.§.mistę.& facit ad §.suprà,famil.ercisc un.inter cohæredes. & suprà de interdict.l.interdictorum.& suprà de iudic. l. in tribus. & ff.vti possid.si duo.§.j.

Non figura.] De obligatione literarum dicit hæc lex,vt ipsa contrahatur,non figura scilicet sola,nam & figura, & oratio quam exprimit figura litterarum,inducit hanc obligationem , imò magis ibi operatur figura,cùm ex ea dicatur obligatio literarū.Alij dicūt, quòd figura nil operatur.quod non placet,quia eadem ratione habēt necesse dicere,quòd verba non obligent,sed intellectus verborum tātum, quod non est verum.nam quod ibi,scilicet in stipulatione, verba , hic scriptura debet operari.

x ¶ *Sed oratione.*nec oratione sola sine literis. hæc enim duo faciunt eam efficacem.

y ¶ *Quatenus.*id est quia.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ *Quod lapso bienni*: vt instit. de stt. obli.
b ¶ *Scripturæ*. regulariter, vel quantum ad officium.
c ¶ *Vocibus* quibus fit stipulatio. Accur.

Filiusfamil. às.] CASVS. Filiusfamiliâs obligatur ex omnibus contractibus, tanquam homo sui iuris: & ob id cum eo potest agi. Franc.

d ¶ *Ex omnibus*. descendentibus ex contractibus, vel ex maleficio vel quasi.
e ¶ *Obligatur*. insolidum.
f ¶ *Ob id agi*. vt ff. de noxa. quoties. & l. seq. & suprà de iudi. l. tam ex. & de edendo, prætor. §. sed & si filius. & suprà de peculio, si quis cum filio. & l. & ideo. sed fallit infrà, de pollici. si quis rem. §. voto. Item suprà ad Maced. per totum: quæ sunt contra. sed hodie ad exercitium patri competit: vt C. de bon. mater. l. j. & de bo. quæ libe. l. fi.
g ¶ *Cum patre familiâs*. vt putà insolidum vtdeomnis viuente patre.
h ¶ *Potest*. an econtrà agat, dic vt suprà eo. filius.

† *Ille text. est sing. & vnicus in iure, ad hoc, quòd hæreditas videtur grauari, quando hæ gravatur sub nomine* g *appellatiuo. succedés in hæreditate, videtur ex hoc grauatus. Bolog.*

Hæreditariarũ.] CASVS. Legatarij dicuntur creditores hæreditarij: & act. eis competentes hæreditariæ dicuntur. Franc.

i ¶ *Hæreditariarum*. hæreditariam vocat, q ia tenetur hæreditas.
k ¶ *Loco*. legatarij. ergo & fideicommissa.

1 Ff. de offic. eius. 2 Ff. de offic. eius. & Flor. vt quæ pleni.

creditores dici possunt hæreditarij, si inter eos controuersia sit de legatis soluendis sibi. si autem inter creditores & eos, potiores sunt creditores: vt ff. de separa. l. creditoribus. & l. quoties. & C. de iure delib. l. fi. §. sed & si legatarij.
l ¶ *Et legata*. pura, non conditionalia: vt ff. is cui.
m ¶ *Cœperint*. hoc faciebat dubium: sed vtrobique hæres ex caussa hæreditatis tenetur.

a QVoties. Exemplum: si quis à non domino emerit bona fide, & per traditionem accepit. & nondum fit vsucaptum: si cadat à possessione, habet publ. aliud exemplum. ait prætor: si quid dolo malo factum esse dicetur, si alia actio non sit, de dolo dabo. sed illud vbi lex inducit nouam, & non remouet veterem, vtraque agi potest: vt C. de peti. hære. l. fi. in fine. Accurſius.
o ¶ *Lex* siue vetus siue noua.
p ¶ *Ea*. de qua in lege continetur.
q ¶ *Actione*. quam introduxit: vt patet in constituta: eiecta receptitia: vt C. de consti. pe. l. ij. item in act. ex stipula. reiecta rei vxo. act. vt C. de rei vxor act. l. j. in prin. item obtinet hoc quando ex vno facto: vt ff. eo. l. cùm ex vno.
r ¶ *Veteres*. si tale sit negotium, vbi & veteres competunt: vt C. de sepul. vio. l. qui sepulchrum. in fi. & ff. de reg. iur. quoties duplici. & ff. de con. ex leg. l. j. Item est exemplum de cõdi. ex l. noua & antiqua & hypothecaria, quæ datur creditoribus ad reuocandas res datas in solutũ ab hærede: vt C. de iure deli. l. fi. §. licentia. Item exemplũ est. C. de peti. hæred. l. fin. vbi est nego. gest. & ex l. condictio. Item de act. arb. fur. cæſ. noua in locum Aquil. antiquæ.
s ¶ *Actiones competere*. dicebane.
t ¶ *Si ex eodem facto*. id est delicto.
v ¶ *Competant*. veluti Aquil. & iniur. vt suprà eo. cùm ex vno. & l. qui seruum.
x ¶ *Posted*. Quia vna sit actum cùm iam alia esset actum: vel posteà in sequenti iudicio.
y ¶ *Potius* scilicet quàm contrarium.
z ¶ *Minus est* in posteriori. Azo.
a ¶ *Consequatur* scilicet, quod tantum venit in priori. & facit infra vi bon. rapt. l. j. Accurſius.

Si cui.] CASVS. Legatarius cõditionalis non dicitur creditor nisi prius existat conditio, sed ille qui stipulatur sibi decẽ dari sub condit. creditor dicitur etiam interim. Vltimò dicit, Creditor ille dicitur, qui habet aliquã act. saltem ciuilem, quę except. non possit tolli: vel honorariam: vel in factum extraordinariam, de qua habes C. de sacrosan. ecclesi. l. sancimus. Franciscus.

b ¶ *Creditorem esse*. quantum ad hoc creditoris locum obtinet, vt in possessionẽ mittatur, item vt ei caueatur, item vt in Falcidiæ ratione debitum deducatur: vt suprà ex qui. cau. in poss. ea. l. in possessione. & de iudic. in omnibus. & suprà ad legem Falcid. in quantitate. §. magna.

Item quo ad hoc vt spem transmittat: vt instit. de verbo. oblig. §. ex conditionali. In legato secus: vt C. de cad. tollend. §. fin. auem. nisi in persona liberorum [a], vt §. in nouissimo. Accur.

c ¶ *Actionem*. scilicet habeant.
d ¶ *Vel in factum*. extraordinariam: vt C. de sacrosanc. eccles. l. sancimus. & facit infra de verbo. sign. creditores. & l. creditorum. & l. si cui. Accur.

Obligari.] CASVS. Paterfamiliâs suæ potestatis pubes potest obligari. pupillus autem sine tutoris authoritate non potest obligari. seruus nõ obligatur ex contractibus. Franc.

e ¶ *Obligari potest paterfamilias* naturaliter
f ¶ *Non obligatur*. ciuiliter, sed naturaliter: vt instit. de fideiuss. in princip. & suprà eodẽ. serui. nisi in casu: vt C. an seruus ex suo fac. l. ij. & facit infrà eo. pupillus. & suprà eo. l. j. §. furiosum. & infra titu. j. l. puberes. & infra de noua. si pupillus. & l. j. §. j. & ff. de nego. gest. ait prætor. §. pupillus. & suprà de pecul. nec seruus. & instit. de inuti. stipula. §. furiosus.

g ¶ *Non obligatur*. sed ex delictis sic: vt ff. eo. l. serui. Accur.

Obligationum.] CASVS. Obligationum, id est, conuentionum ex quibus oritur obligatio, quatuor sunt caussæ. aut enim dies imponit in eis aut cõditio, aut modus, aut exceptio: & de his per ordinẽ exẽpla dat. tunc circa diẽ: quãdoq; enim ponitur dies, vt obligatio ex die incipiat: vt promittis x. ex calendis Martij. nã ante calẽdas non possum exigere quãdoq; ponitur dies, vt vsq; ad eam debeas: vt si promisiti x. vsq; ad calẽdas Martij. & hoc casu elapsis calẽdis adhuc tenearis. idẽ in legato. tamen si ãgã, opponis mihi excep. vel pacti, vel doli, sic & cùm trado solũ sine superficie. nam superficies ipso iure sequitur solum, & sic ad te venit, tamen ope excep. retineo superficiẽ. Sequitur de condi. videre. & conditio ponitur quandoq; antequam sit cõpletus cõtractus, vt promisiti mihi x. si nauis veniat ex Asia. & hoc casu ante condi. non possum agere. quandoque apponitur conditio finito cõtractu. vt si promiseras mihi cẽtum purè, & hoc pacto facto apposita fuit cõditio, quod teneareris si nauis venerit ex Asia. nã ante condit. possum agere cum effectu. sed postquam aduenit condi. si agã: obstat mihi except. Sequitur videre de modo. & modus apponitur obligationi hoc modo: promittis mihi decẽ aut Stichũ: nam vno de his soluto, promittẽdo alterius: tolliturnec vnum tantum de his possum petere, sed est in electione tua quoduis soluere, donec vtrunq; extat. Sequitur de accessione videre. & certè accessio quandoq; fit rei, quãdoque personæ. per personæ hoc modo. promittis mihi decem aut Titio dare. vel hoc modo: promittis mihi decẽ aut Stichũ seruum Titio dare. & homines, scilicet Sticho soluto Titio, liberaris à me ope except. ¶ *Si ita.*] Si nõ dederis mihi talem fundum, promisisti mihi centum dare. Dicitur quòd centũ possum, & debeo petere: liberaris tamen dando fundũ. Secundò dicit, promisisti mihi te facturum nauẽ mihi. & si nõ feceris: promisisti mihi centum dare. Dicitur quòd prima obligatio videtur nouata per secundam. & sic ad centum agam. & hoc intelligas cùm tantum tempus præteriit, quo nauis potuerit fieri, & non fuit facta. Franc.

¶ *Obligationum* id est conuentionum ex quibus oritur obligatio.
h ¶ *Fere*. philosophicũ temperamentũ. vel dic propter locũ qui etiam apponi potest: vt instit. de verb. obli. §. loca ité propter puram obligationem. Item & duæ de his possunt aggregari, scilicet dies & modus.
i ¶ *Aut modus*. vt illud aut illud.
k ¶ *Accessio*. vt si stipulor mihi aut Titio. Accur.
l ¶ *Non exigatur*. vt instit. de verbor. obliga. §. omnis. & ff. manda. l. si mandato Titij. §. Paulus.

Dare

a ¶ *Dare spondes*. vt postea non tenearis: vt ff. titu. j. l. eum qui. §. qui ita. & ff. manda. l. si fideiussor. in fi.

Qualiter in tilligantur istæ obligationes, ex die, & ad diem.

b ¶ *Placet*. his verbis, promitto tibi libram ceræ vsque ad decem annos: vel lego tibi tale quid. dãdum vsque ad decẽ ann. abinde in antea nolo teneri. Et not. quòd stipu. non potest ita contrahi vsque ad tẽpus:

1 Flexpit. 2 Fl. debeve.

autẽ, *Vsque ad calendas dare spondes*?
¶ Placet [b] autem [1] ad tempus obligationem constitui nõ posse [c], [2] nõ magis, quàm legatũ [d]. nã quod alicui deberi [e] cœperit [2]: certis modis deberi [3] [f] desinit. Planè post tẽ pus stipulator vel pacti cõuenti, vel doli mali exceptione submoueri poterit. Sic & in tradendo gsi quis dixerit, se solum sine superficie tradere, nihil [h] proficit quò minùs & superficies [i] trãseat, quæ natura [k] solo cohæret.

1 ¶ Cõditio verò efficax est, quę in cõstituenda obligatione inseritur, nõ quæ post perfectã cam ponitur: veluti [1], *Centum dare spondes, nisi navis ex Asia veneris*? Sed hoc casu [m], existẽte cõditione, locus erit exceptioni pacti cõuenti, vel doli mali.

2 ¶ Modus autẽ [4] obligationis est cùm stipulamur decẽ, aut hominẽ, nã alterius solutio totã obligationẽ interimit [5], nec alterum peti potest [n], vtriq; quandiu vtrunque est.

3 ¶ Accessio verò in obligatione, aut personæ, aut rei fit. Personæ,

a Alex. in l. cum exhibito. de vulgar. & pupill. & in pupill. col. & in l. cùm quidã. & C. de impu. & aliis subsitu. hanc glos. extolit pro fin. ad hoc, q licet legatã conditionale, aliàs non transmittatur ad hæredes mortuo legatario ante mortem testatoris, vel cõditionẽ; tamen hoc fallit in legato Bolo. li

3 Flor. deest, autem.

Si interemit. vnus alter pet.

Adoria non nisi radicibus cõtinet.

cùm mihi aut Titio stipulor. Rei, cùm [o] mihi decem, aut Titio hominem stipulor. vbi quæritur an ipso iure fiat liberatio, homine soluto Titio [p].

4 ¶ Si ita stipulatus sim à te [6], Si fundum non dederis [q], centum mihi dare spondes? sola centum in stipulatione sunt, in exolutione [r], fundus.

¶ Sed si nauẽ fieri stipulatus sim [7], & si non feceris, centum: videndũ vtrum duæ stipulationes sint, pura [s], & conditionalis: & existens sequens [8] conditio non tollat priorẽ: an verò transferat in se, & quasi nouatio prioris fiat. quod magis verum [t] est.

XLIIII. Idem lib. v. ad Plautium.

IS, qui ex stipulatu Stichum debebat [1], si eum ante moram manumiserit, isque [v] priusquam super eo promissor conueniretur [x], decesserit, non tenetur. non enim per eum [y] steti isse videtur, quò minùs eum præstaret.

XLV. Idem lib. vij. ad Plautium.

VRiosus & pupillus vbi ex

m ¶ *Sed & hoc casu*. scilicet, secundo cùm postponitur conditio vtro que volente, sic, illum excommunico nisi satisfecerit intra x. dies. nam interim est excõmunicatus, vt quidam dicunt. secus si præponatur con di. sed his apertè contrarium est quod dicitur suprà de condit. & demonst. quibus. §. quidam. sed illud in legatis habet locum: vt & infrà de adi. leg. fi legatum. item contrarium his suprà de in diem addi. l. ij. Sol. vt ibi plenè dixi. Accursius.
n ¶ *Peti potest*. solum vel præcisè: vt ff. de solu. qui hominem. §. stipulatus. & suprà de re iudic. l. miles. §. j. nisi al te.
terum deſit: vt hic, & ff. de eo quod certo loco l. iij. §. qui Stichum. & suprà de contrahen. emp. si in emptione. §. penult. vel si alterum factum sit stipulatoris: vt infra tit. j. si Stichum sed si alter præsens sit, alter absens: tunc vel præsentis debetur, vel absentis æstimatio, nisi fuerit in mora promissor: vt supra de leg. j. l. cùm res. §. sed si Stichum.
o ¶ *Rei, cùm*. Exemplũ accessionis rei, & personæ. Accursius.
p ¶ *Soluto Titio*. & de terminatur, quòd non ipso iure: sed per except. ff. tit. j. l. fin. §. cùm mihi. licet Azo & Hu. hãc scripserint contrarium. sed prima quæstio huius §. est instit. de inutil. stip. §. si quis alij. & ff. tit. j. eum qui. §. qui & suprà de pe. leg. l. j.
r ¶ *Exolutione*. quia cœpit à conditione, non à pactione.
s ¶ *Pura*. vt nauem fieri.
t ¶ *Quod magis verum est*. vt fiat nouatio. & prima in secundam transferatur, quod est verum nunc demum, cùm extiterit cõditio, nõ prius: vt hic, & ff. de noua. l. quoties. quæ extitit cùm potuerit facere nauẽ, & non fecerit, vt ff. tit. j. l. ita stipulatus. Interim ergo non est nouatio. vt ff. tit. j. l. ita stipulatus. in fin. olim ergo fiebat nouatio, cùm hoc agebatur expresè, vel tacitè, vt hic, & ff. de noua. l. omnes. & C. de noua. l. fi. hodie secus, vt C. eo. l. fin. an autem interim ante cõmissionem pœnæ possit fieri nouatio: Resp. sic, cùm pura fuerit stipulatio, nec est similis ei, quando idem purè, & posteà sub conditione promittatur, vt ff. de condi. indeb. Iulia. §. vbi autem. quia ibi idem, hic diuersum debebitur in cõditionis euentum, Item not. quòd lit. conteſt. in nouatione † committitur pœna si ante commissa non est: & si iam non habeo ius in nouatione † secundum hæc iura, sed debeo petere pœnam: vt argu. ff. tit. j. si Titius. Item videtur contrà ff. de except. do. apud Celsum. §. labeo. quia etiam veteri iure hæc nouatio non fieret iure ipso hoc casu. sed dic, vt ibi. Item videtur contrà ff. titu. j. qui Romæ. §. Flauius. quia & ibi potest nouationem talem petitur vt fiat quod iam videbatur nouatũ, sed ibi fauor libertatis. Item contrà ff. de action. empti. l. prædia. sed ibi est exceptio facti, non actionis, vt ibi diximus. Item ad idem contrà infra de stipu. seruo. l. j. §. fi. Sol. vt ibi. & facit C. de pact. l. si pacto. & ff. pro socio. duo. & ff. quando dies leg. ce. l. si penum. quando autem huiusmodi stipulationes committantur, plenius dices ff. titu. j. ita stipulatus. hic enim solum effectum nouatione expedimus. Accursius.

Si quis.] CASVS. Promiseras mihi Stichum dare, & antequã esses in mora Stichum manumisisti, & antequam conueniaris super eo, Stichus decessit. Dicitur, quòd non teneris. Franc. Accursius.
v ¶ *Isque*. scilicet Stichus. Accursius.
x ¶ *Conueniretur*. ante moram. Accursius.
y ¶ *Per eum* quia decessit ante moram. & facit ff. de noxa. electio. §. si is. & infra titu. j. si seruum. §. j. & l. is qui. & suprà de peti. hæred. fi à patre. §. si possessor.

Vriosus. CASVS. In obliga. quæ desc̃dunt ex re, id est fine cõsensu partium, obligari potest pupillus & furiosus etiam sine authoritate tutoris, vel curatoris. & da exempla, in fundo quem habebam cõmunem cum pupillo vel furioso, impẽdi aliquid de meo. nam

ff. nouum.

† Aliàs in naui.
† Aliàs in na

Universidad de Deusto Biblioteca

obligatur mihi pupillus per hoc, vt reddat mihi partem expensarum, si pupillus doli capax dat mihi damnum in fundo communi. nam tenetur mihi. Franciscus.

a ¶ *Exre.* id est cùm facti sunt locupletiores. H. vel dic ex re, id est sine consensu partium, etiam si non sit locupletior: vt patet in exemplo quando damnum dat.

b ¶ *Dederit.* cùm est capax doli: vt ff. de reg. iur. l. pupillum. & suprà de rei vendica. l. quod infans. & facit ad l. supra communi diuid. l. si quis cum. §. denique. & de neg. gest. l. iij. §. & si furiosi. & supra de contra. act. tu. l. j. in princip. & supra ex qui. cau. in pos. ea. l. iij. & ff. pro socio. l. vt in conditionibus. in fi.

ARrianus.] CASVS. Cùm tractatur siue quæritur de aliquo obligando: multum, si possumus, curamus vt non obligetur. at cùm tractamus de aliquo liberando, omnes sumus proni in hoc & da exempla vt in gl. quæ incipit, exemplum &c. Franc.

c ¶ *Propensiores.* id est fauorabiliores. Accursius.

† Concor. ex. in canon veniã nunc. & ibi gl. 35. q. 9.

1 Fl. vt facilior sis ad iuber.

1 Fio. nis etiã.

d *Vt faciliores simus.* exemplum, pactum de non petendo, ipso iure tollit naturalem obligationem. & elidit ciuilem: sed pactum de petendo, non tollit primum de non petendo ipso iure, sed ope replicationis. Item exemplum ff. de regulis iuris. l. fauorabiliores. itẽ, infra titul. j. stipulatio ista. §. in stipulationibus. item, supra de iureiuran. l. fin. §. sed cùm aliquid.

* Intelligere & cõtrà.

In quibuscunque.] CASVS. In cõtractibus in quibus solus cõsensus sufficit, nec est opus loquela siue verbis, vt est in vendit. & locat. & in similibus, in illis potest interuenire surdus, & obligatur. Franc.

e ¶ *In quibuscunque.* & cæteris similibus, quæ fiunt consensu: vt ff. eo. l. consensu. & facit ff. titu. j. l. stipulationes. §. fin. & ff. loca. l. qui ad certum. & supra de contrahen. emp. l. in venditionibus. & infra de re. iur. l. vbi. & ff. pro socio. l. obligamur. §. fin.

Ex contractibus.] CASVS. Actio descendens ex contractu in hæredem competit: licet per eam puniatur delictum siue dolus. Hinc est, quòd actio tutelæ competit contra hæredes tutoris, & petitur emendari dolus defuncti. Idẽ in act. depositi si depositarius commisit dolum in re deposita, nã hæres eius tenetur act. depositi. & si hic tutor vel depositarius fit filius famil. vel seruus, & committant prædictũ dolum: tenetur pater, & dominus de peculio, non noxali. Franc.

f ¶ *Ex contractibus.* vel quasi. secus in delictis extra contractum: nisi secundum quosdam in l. Iulia. repetundarum. vt infra ad l. Iuliam repetundarum. l. tertia.

g ¶ *Delictum.* id est actus.

h ¶ *Commiserit.* scilicet dolum in contractu. vt ff. de dolo, si oleum. §. penult. & facit ff. eo. l. ex deposito. & ff. de trib. l. & quia. & deposi. si hominem. §. fin. vbi plenè dixi de hac materia. & contraria solui. item facit ff. de ca. di. l. ij. §. fin. Accursius.

Quod quis.] CASVS. Qui tenetur omni anno certum quid dare quolibet die anni dando liberatur. Franc.

i ¶ *Damnatur.* à testatore: vt ff. de regu. iur. l. cum in tempus. & de annu. leg. l. eam. vel à iudice, vel à lege: vt C. de rei vxo. ac. §. actio. & facit ff. tit. j. l. continuus. §. ij. ibi, nam & quo est &c. & l. qui hoc anno, sed liber homo. §. decem. est argu. contrà. Item facit C. quando dies leg. c. l. j. & ff. de solu. l. quod in diem. Accursius.

Actio quid sit.

Nihil aliud est.] Hodie, scilicet. nam olim erat solennitas verborum quædam. quæ impetrabatur à collegio pontificum: vt supra de origi. iur. l. secunda. §. deinde. sed est sublata hodie: vt C. de formulis. l. secunda. Est autem actio, formula quædam agendi: vt infra de fur. l. fi seruus nauem. Accursius.

k ¶ *Quam ius.* hoc ponit ad differentiã rerum corporaliũ: vel ad differentiam officij iudicis, quod datur in locũ deficientis actionis. Accur.

re a actio venit, obligantur etiam sine curatore, vel tutoris authoritate. veluti si communem fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero, vel damnum in eo pupillus dederit b. nam iudicio communi diuidundo obligabuntur.

Promptiores debemus esse ad liberãdum, quàm ad obligandum. h. d.

XLVI. Idem lib. xiiij. ad Plautium.

ARrianus ait, multum interesse, quæras, vtrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Vbi de obligando quæritur, propensiores c esse debere nos si habeamus occasionem ad negandum. Vbi de liberando, ex diuerso, vt faciliores † simus d ad liberationem.

XLVII. Idem lib. xvj. ad Plautium.

IN quibuscunque e negotiis sermone opus non est, sufficiente consensu, in his 1 etiam surdus interuenire potest: quia potest intelligere *: veluti in locationibus, cõductionibus, emptionibus, & cæteris.

XLVIII. Idem lib. xviij. ad Plautium.

EX contractibus f venientes actiones in hæredes dantur, licet delictum g quoque versetur: veluti cùm tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quẽ depositum est. quo casu etiã, cùm filius familiàs aut seruus quid tale commiserit h, de peculio actio datur, non noxalis.

XLIX. Pomponius lib. vij. ex Plautio.

QVod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur i, ei potestas est, quo libet eius anni die dandi.

L. Celsus lib. iij. Digestorum.

NIhil aliud est actio quàm ius k, quod sibi l debeatur m, iudicio n persequendi o.

Ponit aliam diuisionẽ obligationum, quam persequitur per exempla dilucida.

LI. Modestinus lib. ij. Regularum.

OBligamur p aut re, aut verbis aut simul vtroque q, aut cõsensu, aut lege, aut iure honorario, aut ex necessitate, aut ex facto 1. ¶ Re obligamur, cùm res ipsa intercedit r. Verbis, cùm præcedit interrogatio, & sequitur cõgrua 2 respõsio s. Re & verbis t pariter obligamur, cùm & res & interrogatio intercedit. Cõsentientes in aliquã u rem, ex consensu obligari necessariò x ex voluntate nostra videmur. Lege obligamur y, cùm obtemperantes legibus, aliquid secundum præceptum legis, aut contra faci-

l ¶ *Quod sibi.* ponit hoc ad differentiam popularium actionum, vel accusationum criminalium: quibus prosequitur, nõ quod tantum sibi debetur, sed cuilibet de populo.

m ¶ *Debeatur.* hoc ponitur ad differentiam rei ven. quã non prosequitur, quod sibi debetur: quia non est ille sibi ad aliquid obligatus: vt infra. de actio. §. j.

n ¶ *Iudicio.* Hoc ad differentiam eius, qui sequitur nocturnum populatorem: vt C. quando liceat vni. l. liberti. Accur.

o ¶ *Persequendi.* hoc ad differentiam exceptionum, quibus non persequitur quis aliquid: sed persecutus defendit: licet in probatione sustineat partes actoris: vt ff. de except. l. j. Sed quæritur an bonorum possessio sit actio? quod videtur ex diffinitione eius. sic suprà de bo. poss. l. iij. §. bonorum igitur. sed dicam, quòd non: & illa diffinitio datur ibi per causſam. id est bonorũ possessio est causſa, qua re quis consequitur ius persequendi, retinendique, &c. vt ibi. cætera dic vt infra. eod. in princ.

Bonorum posses. an sit actio.

1 Flo. peccato.

OBligamur.] CASVS. Quandoque quis obligatur re, quandoque verbis, quandoque simul interuenit vtroque, id est re & verbis. quandoque consensu, quandoque lege, quandoque iure honorario, siue prætorio, quandoque ex necessitate, quandoque ex facto. & de omnibus dat exempla per ordinem. In fine legis dicit, quòd nudo consensu fiunt obligationes quandoque. & da exemplum in venditio. & in similibus contractibus, quæ & verbis fieri possunt. Item & nuda quandoque fiunt obligationes. & da exemplum vt in glos. Franciscus.

1 Fl. arroga. ti. & erroan. gu.

2 Fl. congrua. 3 Flo. res interrogatione intercedit.

p ¶ *Obligamur.* hoc obligamur, generaliter accipe hic, id est cùm subiicimur necessitati faciendi aliquid, aut non faciendi: siue ex cõtractu, siue extra contractum, siue ex delicto, siue extra delictum, vt patet per exempla inferiora.

q ¶ *Vtroque.* id est verbis, interueniente re, vt statim dicam.

r ¶ *Intercedit.* da exemplum ff. eo. l. j. §. j. & §. ij.

s ¶ *Respõsio.* vt ff. eo. l. j. §. verbis.

t ¶ *Re & verbis.* id est verbis tantum, interueniente tamen re. sic ff. si cert. peta. certi cõdictio. §. quoniã. & erit exemplum huius l. j. de nouat. l. cùm enim. eo ergo casu non re, sed verbis tantũ contrahitur. nam numeratio non ad obligandum, sed causſa implendæ stipulationis fit. substantia, ergo cõtractus impletur ex re: non autẽ actio nascitur. Sic & pignus dicitur contrahi re, nõ ex res exigatur (consensu enim solo contrahitur) sed quia etiam traditio interuenit. sed quidam dicunt re & verbis: vt promitto tibi decem, vt des mihi Stichum: nam dante re Stichum obligor re & verbis. quod nihil est. nam interueniente re, nõ ex re, sed ex promissione mea teneor: vt arg. C. de rerũ permu. l. expla cito. sicut si promittam x. si nauis venerit ex Asia. nam naue veniente, non ex nauis euentu, sed ex mea promissione oritur obligatio.

Alex. Mol apotill. ad Bartol. post Nico. de Neap. in tractat. brieue. Bal. in l. j. Ro. Imol. & Alex. in l. j. dicit. ad hoc quod tur omnino dotare illam etiam nupt. de iure ex. hoc tamen non est iure ciuili.

u ¶ *Consentientes in aliquam.* puta societatem contrahendam, vel emptionem.

x ¶ *Necessariò* id est ex vtilitate: vel dic, si consentimus animo contrahendi: necessariò sequitur, quòd obligemur.

y ¶ *Lege obligamur.* forte cùm colonus finito tẽpore conductionis in cõductione remãsit, vel cùm quis negotium alterius facere cœpit, vel vsuras pacto tenus debitas longo tempore soluit, vel alimenta inutiliter relicta per triennii præstitit secundum M prima duo non placenta secunda duo, sic. vel dic, lege obligamur, obtemperantes scilicet legibus, cùm collocantes filias nuptui, dotem postea a constituere obligamur: vel filios ex matrimonio procreãdos eos hæredes instituere obligamur secundum R. quod autem subiicit, aut contrà &c. vt quia fecimus furtum: vt instit. de oblig. quæ ex delicto. §. j. & noli repetere obtẽperantes. sed hæc diuisio non solennis non est in arbore actionum.

Perpetuo

a ¶ *Perpetuo* aliqua edicta præcipiunt aliquid fieri: vt pacta seruari. eorum ergo obseruantiæ tenemur iure honorario. aliqua prohibent, vt ne quid in loco publi. fiat: & similia quorum obseruatiæ, id est, ad non faciendum tenemur eodẽ iure. & quod subiicit magistratu, dic viuente. vel dic, id est edicto ædilium.

b ¶ *In necessario hærede.* vt instit. de hæred. qualit. & diff. §. j. Accursius.

c ¶ *Ex facto.* veluti ex maleficio: vt supra eo. l. actionum. §. actionũ. Azo.

d ¶ *In facto.* id est maleficio. Accur.

1 Fl. peccato.

e ¶ *Summa.* id est diffinitio, vel sententia Azo.

f ¶ *Etiam nudus.* nudus est cùm ex vna parte tantum fiunt verba: & quod subiicit verbis, hinc inde. Item quod subiicit sequenti verficulo nutu, quando ex neutra parte fiũt verba. vel dic, nudo cõsensu, id est nudo pacto expressis verbis vel non. & quod subiicit verbis: scilicet solemnibus: & quod dicit nutu, scilicet sine vllis verbis.

g ¶ *Consistunt.* vt fideicommiss. vt supra de legat. iij. l. nutu. & C. de fideicommiss. l. & in epistola.

PLura.] CASVS. Ex vno delicto plures act. quandoque nascuntur: non tamen omnibus potest agi. & da exemplum: vt supra eod. l. cùm ex vno. & l. qui seruum. Item ex vno contractu nascuntur quandoque plures act. vt contra procuratorem meum habeo mandati, & certi condict. & vna tantùm ex eis act. possum agere. in vltima parte legis ponetur casus: vt infra de verbo. signifi. l. sciendum. §. penult. Franc.

h ¶ *In vna re.* scilicet quia ex vno facto, veluti cùm quis seruum alienum incuriose verberat: vt ff. eo. qui seruum.

i ¶ *Probatum est.* nisi in alia plus sit: vt ff. eodem. l. cùm ex vno. quæ est contra. Item contrà ff. de priua. delic. l. nunquam. Solu. ibi ex diuersis factis, hîc ex vno.

k ¶ *Ex vna obligatione.* quæ fit ex contractu, vel quasi: vt ex mandato, quia mandati est actio, & certi condictio: vt infra de regu. iur. l. nemo ex. §. j. & supra de except. rei iudic. l. singulis. Si verò dubitet quæ sibi competat, vtráque sub alternatione proponere potest: vt suprà quorũ leg. l. j. §. quod ait.

l ¶ *Cùm generaliter.* Exemplum ff. de verbo. sign. l. sciendum. §. pen.

m ¶ *Arrogatorum.* id est arrogantium.

n ¶ *Comprehendimus.* quia illa est successio per vniuersitatem, quæ per arrogationem fit: vt infra eod. per quas perso. no. acqui. §. fin.

COntractus.] CASVS. Si fingo vendere librum, cùm donemino valet ista contractus venditionis imaginarius, siue fictitius. Fran.

o ¶ *Contractus imaginarij.* aliàs dicitur imaginaria emptio, quia parato tempore sit duratura penes emptorem: vt supra de manu. l. iij. §. si ab ignoto. sed fic, vt hîc accipitur supra de contrahen. emp. l. nuda. & in auth. quomodo opor. epi. §. & neque ex idiota. & facit C. plus valere quod agitur, per totum, & supra de dona. inter virum & vxorem.

1 Flo. accipit.

2 Flo. nisi fi.

3 Flo. nisi fi.

4 Flor. aliud alio existimãte.

In omnibus.] CASVS. In contractibus qui fiunt causſa dominij alicuius rei transferendi, vt in vendit. & similibus, oportet & videre habere animum tradẽdi dominiũ, & emptorem acquirẽdi. & nisi hunc animum habeant, non perducetur ad effectũ ille cõtractus. Franc.

p ¶ *In omnibus rebus.* id est in contractibus. vel dominium pro obligatione ponit. quod non placet.

q ¶ *Cõtrahendi.* secus in quasi cõtractu, vbi ignorans quis obligatur.

r ¶ *Inchoatur.* vt & ff. loca. l. fi decem. & de contrahen. empt. l. in venditione. & ff. de regu. iur. l. interdum. & ff. de pact. l. j. in fine. & ff. de accep. l. pluribus. & ff. eo. l. in omnibus.

Vacũque.] CASVS. Omnis actio quæ est mihi quæsita nomine serui mei, vt Aquil. itẽ actio iniuriarum, pro iniuria facta seruo meo, itẽ furti vel similis durat mihi. etiã si ille seruus desiit esse meus, vt quia vendidi eum, vel manumisi eum. Item condictio furtiua quæsita mihi nomine serui mei surrepti, durat mihi, etiam si defij seruum habere: dum tamen non rediit in meam potestatem. Franc.

1 Flo. cõmittit, Manuscript. consensit.

1 Fl. cæperit. 2 Flo. ex xij. tabulis.

s ¶ *Nomine.* id est nomine maleficij cõmissi in seruum meum: & sic non obstant contraria: vt argumen. ff. de euict. fi seruum. & l. euicta. §. fin. & de ædilit. edict. si hominem. & ff. vsufruct. quemadmo. ca. l. iij. in fin. quia in contractibus loquuntur. & facit ad l. supra de seruo cor. l. doli. §. fin. & supra deposi. l. j. §. si seruus depositi. & infra arb. furt. cæsi. fi. & infra de fur. l. inter omnes. in princip. & ff. ad legem Aquil. quanquàm. §. j. & suprà communi diuid. in hoc iudicio. & supra ad legem Aquil. huic scripturæ. §. fi seruus. & ff. de action. empti. l. seruus quem. vt si eum catallarij: vel forte furto manifesto eum subtraxisti. item Aquil. quia eum vulneralti: vel iniuriarum, quia eum verberasti, vel furto manifesto eum subtraxisti: & sic est prætoria. ad quæ supra ad legem Aquil. si seruus seruum. §. & si puerum. & instit. de noxa. §. primo. & de perpet. & tẽpo. actio. §. primo. Accursius.

3 Flo. nisi fi.

t ¶ *Alienauero.* imò & si non alienauero nec manumisero. satis enim est quòd possessorei habeo: vt ff. de condi. fur. l. siue manifestus. ij. respon. Item & secundum Ioan. alienare sponte sufficit, vt definat condictio competere. vt in eadem. l. siue manifestus. §. fin. qualiter autem alienare, vel manumittere possit, vt possessio non redeat ad me, not. in dicto titul. de condi. fur. l. & ideo. Accur.

4 Flor. aliud alio existimãte.

In omnibus.] CASVS. In omni contractu, siue sit bonæ fidei, siue stricti iuris: si cõtrahentes errarunt, vnum sentiens vnus, aliud alius: non valet quod fit. & idem est in societate. Franc.

v ¶ *Bonæ fidei.* id est bonæ fidei sunt.

x ¶ *Non sint.* sed stricti iuris.

y ¶ *Error.* vt in corpore, vel qualitate, vel in contractus: secus si in nomine vel similibus. quod plenè no. ff. de contrah. emp. l. in venditionibus.

Locatio an valeat, si in tercueniat error.

z ¶ *Qui conduxit.* quandoque valet licet interueniat error: vt ff. de action. empt. si sterilis. §. quamuis. Item in accessione ff. de contraendi. empt. l. si in emptione. in princ. & idẽ est in iudicio similiter cùm quis Stichum promiserit: vt ff. de verborũ obl. l. inter stipulantem. §. ij. Item in alio casu, vt eo. tit. si mihi & Titio. §. j. si autem in pensione dissentiat, cùm locator putat locare minori, conductor putat conducere maiori: tenet locatio: vt ff. loca. fi decem. & facit ff. tit. j. continuus. §. j. & suprà pro socio. l. vt fit. & ff. de acceptil. pluribus. & ff. si certum peta. l. si ego. & ff. de acquiren. rer. do. l. cùm in corpus.

a ¶ *Consistit.* id est consistere debet: vel fortè dicit hoc ad differentiã illius societatis, quæ re tantum intercedente fit, quæ nõ propriè societas appellatur: veluti cùm duobus res donatur, vel venditur. vt insistit de oblig. ex quasi contractu. §. item si inter. aliàs est non consistit.

a Adde, qđ no. in l. pupillus. in a. postil. in eo. ver. posito super glo. in ver. ff. de regu. iur.

b *Scien dum. Transfire.* vt ff. de regu. iur. l. non solet. & l. seq. & ff. de nouatio. l. aliam. nisi in casibus. vt dixi ff. eo. l. omnes.

Pupillus.] CASVS. Pupillus accipiens mutuum sine tutore, non tenetur etiam naturaliter. & loquitur de infante. Franc.

c ¶ *Nec quidem iure naturali.* imò naturaliter saltem tenetur ff. nouum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt infrà de nouation.l.prima. in fine.& suprà, quando dies vsusfruct. leg.ce.l.cùm illud.§.hæredes.& infrà,de solut.l.in numerationibus.§. fina. & 3.de iureiuran.l.fina.& 3.commo.l.sed mihi. quæ sunt contra. Sol.hîc de infante.vel hic quando promisit ipsi tutori:cætera dic,vt d. l.de nouationibus.

Nunquam.] CASVS. Pone casum, vt in vi bon. rap. l.j.& vt supra eod. qui seruum. & l. ex vno. & dic de hoc, vt in glos. hic posita, quæ incipit, id est re &c. Franciscus.

a ¶ *Pecunia.* id est re: vt infrà, de verbor. significat. l.iiij. siue ex eodē facto competant, non tollit vna aliam nisi in exactio. & tunc inquæstitum potest plus, exigi per secundam, in tantū dabitur:vt infra, vi bonorū rapt. l. j. & supra eod. qui seruum. &l.cùm ex vno. aut ex diuersis factis competunt:& tunc nec exactione nec petitione, vna alteram tollit:vt infra,de priua.de li. l. nunquam.licet diuersa facta p o vno cōpetentur ratione continuationis:vt infra de fur.l.ei qui.& adde qđ no.institu.si qua.paupe. fe.di.§.fin.

Locupletior.] CASVS. In hac prima parte l.dic casum,vt in glos. quæ incipit, hic est Græcum &c.

¶ *Scia.*] Scia epistolā mandauit Lucio Titio in hæc verba, Si ita dixerit Lucius me,vt consueuisti: incontinenti visis literis meis vendas rem tuam quam ibi habes, & veni huc ad me,& omni anno dabo tibi decem:vel alia verba erāt in epistola,in quibus non est vis. Dicitur,quòd ex hac epistola teneretur Scia illi Lucio Titio,si ille vendita re sua venit:cùm ista fortè indigeat eum in procuratorem habere.secus si sit mala suspicio:vt quia ista causa luxuriæ volebat eum,nam hoc casu non teneretur ex dicta epistola ad decem annua. Franc.

b ¶ *Infrascripta.* Hic est Græcum cuius interpretatio est hæc, Scias, quòd ego exigam à debitoribus Seij argentum, & mittam tibi ad faciendum vasa.& non plus est in epistola.debebat enim Scius mittere vascularo argentum ad faciendum vasa cōmunia futura.vnde quærebatur an ex tali epistola à procuratore suo facta Scius debebat obligari vascularo:& dicit,quòd non.

c ¶ *Ex eo.*scilicet tempore.

d ¶ *Ex personis.*præsumendo secundum qualitatem personarum, an turpis possit ibi esse suspicio.vt quia meretrix,& causa luxuriæ:& non tenetur.si autem,quia gerebat negotia sua,tenetur.

e ¶ *An actio.*vt hic saltem detur vtilis in factum vbi nulla inerat causa turpis:vt 3.de pact.do.inter socerum. §. conuenit.

Cōtinuatio.

¶ DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

Dictum est suprà titu. proxi. de obligationibus in genere: modò videamus in specie de obligationibus verborum.

Stipulatio non potest.] CASVS. Dominus Vlpianus iurisconsultus tractaturus de verbor. obligation. more sapientis philosophi,ostendit quomodo confici possit stipulatio:& quomodo non.& primò dicit, quòd stipulatio nō potest confici,nisi vtrque,id est stipulās,& promittens loquantur inuicem:quia stipulatio fit per conceptionem verborum. & ideo si quis loqui nescit,sicut mutus,aut infans,vel absens ita longè, vt audiri non possit:non potest stipulari,vel promittere.qualiter ergo prouidebitur, si quis sit mutus,absens vel infans,vt possit sibi actionem ex stipulatu acquirere,aut promittere stipulanti:Respond.quòd debet stipulari per seruum suum:& sic acquiritur sibi actio ex stipulatu:aut si vult obligari debet promittere per seruum suum,& erit obligatus actione, quod iussu.Sed quid ideramus duo simul:ego interrogaui te,promittis mihi c. ex causa emptionis talis rei:tu antequam responderes recessisti à me. Dicitur,quòd hic non contrahitur verborum obligatio.si verò te inter

LIX. Vlpianus lib.xvij.ad Edictum.

Nunquam actiones pœnales de eadem pecunia concurrentes, alia aliam consumit.

Confessio procuratoris extra iudicium facta,non obligat dominum.

LX. Scæuola lib.xxviij.Digestorum.

Procurator Seij misit subscriptionem ad argentarium vascularium in verba infra scripta:

Λούκιος Κλαύδιος Σείᾳ χαίρειν. ἀπέσταλκά σοι γράμματα, τὰ λοιπὰ πρὸς ἡμῶν ὀφειλόμενα ξὺν θεῷ ποιεῖν ὀψόμεθα. quæro,an Caium Seium obligare potuerit? Respondi Seium, si alioquin obligatus non esset, non propterea quòd ea scriptura, quæ proponeretur,interposita sit,obligatum esse.

¶ Seia cùm salarium constituere vellet, ita epistolam misit: *Lucio Titio salutem.Si eodem animo,& eadem affectione ergame es,qua semper fuisti, ex continenti acceptis literis meis,distractare tua.veni:& tibi,quandiu viuam, præstabo annuos decem.scio enim,quòd valde me bene ames.* Quærò, cùm & rem suam distraxerit Lucius Titius,& ad eam profectus sit, & ex

Digestorum seu Pandectarum

LIBER XLV.

De verborum obligationibus.

TITVLVS I

Stipulatio non potest concipi, nisi utroque loquente,& sermonis efficaciam intelligente. Bart.

I. Vlpianus lib.xlviij.ad Sabinum.



Stipulatio f non potest concipi 1 nisi vtroque loquente g. Et ideo neque mutus, neque surdus, neq; infans stipulationem contrahere possunt h: nec absens i quidē,quoniam exaudire se2 inuicē debent.

eo c cum ea sit, an ei ex his epistolis salarium annuum debeatur. Respondit, ex personis d caussiq; cum,cuius notio sit æstimarurum, an actio e danda sit.

rogaui,& antequàm responderes recessisti, & statim reuersus ad me respondisti,promitto:tenet stipulatio dummodo sit modicum interuallum temporis:quia illud non vitiat stipulationem.

¶ *Si quis ita.*] Interrogaui Titium, promittis mihi centum scuta? & ipse respondit,quid ni?quod vulgariter dictum est,*pour quoy non*: certè obligabitur mihi ex promissione sua. Si verò interrogaui eū,promittis centum? & ipse non respondit verbo, sed inclinauit caput:vt faciunt Lombardi:non obligabitur mihi, nec eius fideiussor.

¶ *Si quis simpliciter.*] In isto §. ponuntur tres casus. Primus est, Titius interrogat Mæuium purè, promittis mihi centum? Mæuius respondet: promitto si nauis ex Asia venerit. vel sic interrogat Mæuium, promittis mihi si Imperator in Italiam venerit? & ille respondet: promitto purè. vel sic, promittis mihi centum soluere in festo Paschæ? & Mæuius respondet, promitto in festo Pentecost.soluere: certè his tribus casibus, non valet stipulatio:quia non fio ad interrogationem. Et regulariter, cùm aliquid detrahitur,vel aliquid additur stipulationi, hoc est rei, quæ in stipulatum est deducta: ipsa stipulatio viciatur , nisi ipse stipulator responsione facta, incontinenti extendat responsionem sic factam sibi placere: quia tunc valet stipulatio.

¶ *Si stipulanti.*] Dictū est in præcedenti §. q: stipulatio viciatur,si adiiciatur aliquid stipulationi vel detrahatur. & est ille §.intelligendus, si adiiciatur vel detrahatur in qualitate stipulationis.iste §.intelligitur si detrahatur,vel adiiciatur aliquid stipulationi in quantitate.& dic sic, Titius ait Sempronio, promittis mihi x? Sempronius respondet, promitto xx.vel si dicit, promittis xx?alter respondet promitto x. certè valet stipulatio in hoc,quod responsum est, licet debeat responsio congruere interrogationi,tamen valet stipulatio.¶ *Sed si mihi.*] Superiores duo §§.tractant si adiiciatur stipulationi in qualitate vel quantitate,quid iuris sit.hic §.tractat de tertia specie, scilicet si adiiciatur species vel detrahatur.Et dic sic.Ego volebam à te stipulari Stichum: tu respondisti,promitto Stichum & Pamphilum, an stipulatio valeat? & respondetur,quòd valet tantùm in Sticho : licet adiectus fuerit Pamphilus.& ratio est,quia tot sunt stipulationes , quot sunt species in stipulationem deductæ.sed sic est,quòd vna est vtilis,altera inutilis , sed vtilis per inutilem non vitiatur.valet ergo stipulatio in Sticho viciata alia parte stipulationis in Pamphilo.¶ *Eadem autem.*]Sed quæritur,si ego Latinè te interrogo:tu autem mihi Græcè respondeas : an valeat stipulatio? Resp. quòd sic.& hoc locum habet in omni lingua : dummodo loquentes se intelligant,vel per se , vel per interpretem verum. Franciscus.

f ¶ *Stipulatio.*id est verborum obligatio.vel dic aliter:vt j.eod.l.v.§. stipulatio.& sic totale,id est interrogatio cum responsione dicitur stipulatio.sic in authen.de æqua.do.§.j.sed propriè stipulatio , id est, interrogatio secundum Priſci.vt insti. qui. mod. tol. oblig. §. non idem. Et sic nor.quòd genus à digniori parte sui sumit nomen. sed quandoque dicitur stipulator,i.promissor:vt 3.de condi.inde.si non sortem. §.penul.& dicitur stipulatio à stipulo quod est firmum:& deriuatur à stipite:vt instit.eo.in princ.

g ¶ *Loquente.*altero interrogante.& altero respondente:vt instit.eo. in princi.

h ¶ *Possunt.*vt 3.titu.j.l.j.§.penult.& §.finali.& instit. de inutil. stipul. §.mutum.& §.j.& infra eo.l.mulier.& C. de contrahen. stipu. l. optimam.& de inutil.stipu.l.iij.sed in infante fallit:vt j.rem pupil. fal.l.ij. seruum.vel dic,vt ibi. Accursius.

i ¶ *Nec absens.*vt institu.de inuti. stipu. §. item verborum.Sed contra 3.de dona.inter virum & vxo.l.ea quæ.Sol.vt ibi.

Si quis

a ¶ *Si quis igitur.*surdus, mutus,infans,absens. Irn.sed de infante videtur contrà,quia non potest velle:vt supra titul.j.l.j.§.pen. vnde dicunt alij,secundum Io.si quis ex his,scilicet ab infante,sine voluntate tamen eius bene acquiritur ei per seruum:vt infra rem pup.sal.fo.l. ij. vel dic tertiò , si quis supple aliquem ex his. nam vox vnius &c. vt institu.de inuti.stipu.§.post mortem.

b ¶ *Æquiret.* seruus etiam ignoranti.

c ¶ *Velit.*expone : vt 3. eod.obligari velit,si per seruum, & quod iussicit iubeat,scilicet stipulator fieri.

d ¶ *Et erit quod iussu.* sed qualiter iubebunt hi? Respon.mutus scriptura , absens epistola : vt supra quod iussu. l. j. ij. respon. &. §. sed & si serui. sed de infante est contra in ea.l. §. si pupillus. Sol. hic cum tutore iussit, vt ibi : vel ad alios hic se refert, non ad pupillum.

e ¶ *Responderetur.*ad interrogata.

f ¶ *Mox discesserit.* Sit literaliter if ſtatij.§.& hic mox,vel non sit;nō refert. ea vis , cum nunquam iudicij, & ſine rediert. vel ex interuallo : vt j. eod. continuus.in princ.

f ¶ *Discesserit.* nec stadim redijt. R.sed longè post , vel nullo modo.R.

g ¶ *Si verò præsens.*vltima sunt contraria primis. sed non sunt,quia in sequenti ītatim redijt.

h ¶ *Responsum est.*in- continenti a , sine magno interuallo. M. vel etiā b longo nullo actu interueniente qui obsit stipulationi:vt infra eo.continuus. & l.quæ extrinsecus.& infra de duobus re. l. duo. in fi. & l.fi.ex duobus.

i ¶ *Necdū.* alias modicū.

k ¶ *Quidni.* id est cur non.

l ¶ *Etiam in vtique.* non solùm superior sed quando incontinenti redijt.

m ¶ *Contrà.*id est non obligatur.

n ¶ *Annuisset.*humeris vel capite.sed in his quæ fiunt consensu,secus; quia ibi non sunt verba necessaria:vt j. eo.l.si Pipuler. §. fi.

o ¶ *Non tantum autem.* hoc autem , bene esset post dictionem obligatur citiliter &c.P.

p ¶ *Sed nec naturaliter.*nisi fortè hoc actum esset, vt saltem pactionis nure obligetur:vt j.de accept.l.an inutilis.j.respon.Accur.

q ¶ *Annuit.*sine verbo.

r ¶ *Ne.*Abundat negatio.sic 3.de dam.infe.fluminum. §. j. Accursius.

s ¶ *Fideiussorem.*principali non valente.Accur.

t ¶ *Si quis simpliciter.*id est purè.

v ¶ *Responderit.*hoc modo scilicet.

x ¶ *Non obligari eum.*nisi diuersitas &c.vt j. proxi.§.

y ¶ *Aut.*& hic est diuersitas in qualitate.

z ¶ *Aequè non obligatur.*nisi & hæc diuersitas placuerit, cùm animo dissentienti actum est.

a ¶ *Vti interrogatus.*debēt enim cōgruere interrogatio & responsio.

b ¶ *Respondent pu.*è dissentiendi animo.& hoc expresse,scilicet promitto.aliàs videtur ad interrogationem respondisse : vt institu. de inutil.stip. §.præterea.

c ¶ *Cum adiicitur.*& generaliter dico,cùm adiicitur. &c.

d ¶ *Aliquid.*quod constat in qualitate.sequens §. in quantitate secundum Ioan.& Azo. vt statim plenè diffinguam. sed Hug. intelligebat hunc §.quādo in quantitate est diuersitas,propter hoc dicit j.nisi &c.

¶ Si quis igitur a ex his velit3 stipulari, per seruum præsentem stipuletur,& acquiret b ei ex stipulatu actionem. ¶ Item si quis ex his4 obligari velit c, iubeat : & erit Quod iussu d obligatus.

Omissio responsionis vitiat stipulationem, non modicum interuallum. Bart.

1 ¶ Qui præsens interrogauit,si antè,quam respōderetur e sibi,mox5 discessit f inutilem efficit stipulationem. Sin verò præsens g interrogauit,& antequàm responderetur,discessit:& reuerso responsum est,h obligatur6. interuallū enim medij7 i temporis modicum,non vitiauit obligationem.

Sufficit quo ad obligationem consensum colligi ex verbis, per interpretationem: secus si ex signis & actibus colligitur. Bart.

2 ¶ Si quis † ita interroget,dabis? & respōderit, *quid ni* k? etiam is vtique l in ea caussa est vt obligetur.contrà m,si sine verbis annuisset n,non tantùm † autem o ciuiliter,sed nec naturaliter p obligatur,qui ita annuit q. & ideo rectè dictum est,nō obligari pro eo ne r fideiussorem s quidem.

Diuersitas qualitatis obligationis inter interrogationem,& responsionem vitiat stipulationem,nisi diuersitas illicò complacuerit. Bart.

3 ¶ Si quis simpliciter t interrogatus (fuerit8,& ille sub conditione) responderit u, *Si illud factum erit dabo,* non obligari eum x constat. aut y si ita interrogatus, *intra Calendas quintas dabis?* respōderit, *Dabo Idibus,* æquè z non obligatur. non enim sic respondit vt interrogatus a est. Et versa vice, si interrogatus fuerit sub conditione,respō-

derit purè b, dicendum erit eum non obligari.

10 ¶ Cùm adiicitur 10 c aliquid d, vel detrahitur11 obligationi, semper probandum est vitiatam e esse obligationem:nisi stipulatori diuersitas responsionis illico f placuerit. tunc enim alia g stipulatio contracta esse videtur.

In maiori summa minor inest. Bart.

4 ¶ Si stipulanti h mihi decem, tu viginti spondeas12, non esse cōtractam obligationē, nisi in decem i, constat. è contrario quoque, si me viginti interrogante,tu decem respondeas.obligatio,nisi in decem, non erit k contracta.licet enim oporteat13 congruere l summam: attamen manifestissimum est in viginti & m decem inesse.

Vtile per inutile non vitiatur. Bart.

¶ Sed si mihi Pamphilum stipulanti,tu Pamphilum & Stichū n sponderis , Stichi o adiectionem pro superuacuo habendam puto. nā si tot p sunt stipulationes, quot sunt corpora, duæ sunt quodammodo q stipulationes, vna vtilis r, alia inutilis s:neque vitiatur vtilis per hanc inutilem t.

Diuersitas linguæ non vitiat stipulationē: dummodo contrahentes intelligant per se,vel per interpretes. Bart.

5 ¶ Eadem autem14,an alia lingua respōdeatur nihil interest. Proinde si quis Latinè interrogauerit, & respondeatur ei Græce,dummodo congruenter respondeatur , obligatio constituta est.idem per contrarium. Sed vtrum hoc vsque ad Græcum sermonem tantùm protrahimus,an verò & ad alium, Pœ

Diuersitas stipulationis an & qñ vitiet obligationem.

10 *Vide. cum adiicit.*

11 *Et vel detrahit.*

12 *Fl.responsideas.*

13 *Fl.oportet.*

14 *Flo. deest, autem.*

prima.& infrà tit.j.l.duos.

g ¶ *Alia.*quàm prima.& hoc est præsumptione huius iuris.ut veritate inspecta non valet secunda,cùm non præcesserit interrogatio , talis qualem responsio declarat.

h ¶ *Si stipulanti.*hic est diuersitas in quantitate.

i ¶ *Nisi in decem.*nisi diuersitas &c. Io.

k ¶ *Non erit contracta in decem.*contrahitur ergo non attento placuerit diuersitas vel non:quia qui viginti stipulatur,& decem stipulatur,vt subiicit. & sic semper videtur placere secundum Azo. Sed contrà inātit.de inuti.stipu.§.præterea.in princ. Solu.ibi nolebat stipulator valere c,nisi in maiori summa.alij & hic subaudiunt,si placeat diuersitas.Item facit j.eod.inter stipulantem.§. fi stipulante. ij. respon. Item contrà.5.loca.si decem.Sol.vt ibi.

l ¶ *Congruere.*vt eadem in responsione,quæ in stipu.confiſtat. Azo.

m ¶ *Et decē.*sic 3.de arbi.diē.§.inde quæritur apud Iul.si ex tribus. & de in lit.iur.in l.antep.& de hære.instit.l.quoties.§.sed si maiorem.Ac.

n ¶ *Et Stichum.*copulatiuè. Accursius.

o ¶ *Stichi.*de Pamphilo tamen valet stipulatio.

p ¶ *Si tot.* quod pro constanti habetur:vt infrà eod.scire debemus.& l.quod dicitur.

q ¶ *Quodammodo.*rebus inspectis, quæ sunt duæ.

r ¶ *Vtilis.*l.de Pamphilo.

s ¶ *Inutilis.*de Stichō:quia in ea non præcessit interrogatio.

t ¶ *Per hanc inutilem.* nor. vtile per inutile &c. vt infra eod. l. inter ff. nouum.

c Ange. & Frā. Are.hic reputāt istā gl.fin.ad hoc quòd vbi cō stat de volū tate parriū vt in maiori quantitate non insit mi nor:non cōtinetur. nec habet locū reg. nostri text.Bolo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Id quod.*] CASVS. Gloss ponit casum,quæ est super verbo , cū vsumfructū.vsque ad §.idémq;.¶ *Idémque.*] Titius & Seius stipulati sunt à Sempronio decem,& Stichum seruum qui erat Titij. certè hîc non possunt esse duo rei stipulandi.nam Seio possunt deberi decem aut Stichus, Titio verò tantum decem. quia nemo potest rem suā sibi dari stipulari.cùm igitur Stichus sit ipsius Titij non potest eum stipulari.Et hoc est verum in tantum,quòd si Sempronius Titio vel Seio soluerit decem,vel Seio Stichum , nihilominus manet obligatus alteri.post hæc corrigit ipſud vltimum dictum , & dicit quòd si Sempronius soluerit decem vni eorum , quòd ab altero liberatur. Franciscus Accursius.

m ¶ *In singulis personis.*id est singulariter in persona vnius nostrum intelligitur.

a Frā. Are. hic tenuerat istā gl. sing. ad hoc quòd vsusfructus nō potest cō stitui duob⁹ insolidū ei demmet re. & gl.in hoc est clara. Bo log.

n ¶ *Proprium.*id est proprietas inseparabilis:& nō in alterius, vt quia talis res est,quæ vni tantum nostrum acquiri potest.

o ¶ *Stipulandi.* vt vtrique insolidum debeatur tanquàm principali.

p ¶ *Cùm vsumfructum.* puta duo stipulamur vsumfructum formalem fundi mei à Titio:& sic mihi non potest quæri , cùm res mea non possit mihi seruire:vt ℨ.si vsusfruc. peta. l. vti frui. & est sic quando nos duo stipulamur rem quæ vnius est nostrum dari:secus si tradi:vt infra titu.j.l.item si seruus.vel pone secundò,quòd duo stipulantur à Titio insolidū vsumfru.eiusdem fundi,qui erat Titij.& sic non poterit insolidum acquiri.sed an pro parte acquiritur,dubiū est secundū Ioan quī non erit dubium si ponas nos ab initio pro partibus expresse stipulatos,cùm diuisionē hæc seruitus recipiat:vt ℨ.ad leg.Falcidiam. l.j. §. si vsusfructus.vt ergo vna nupta duobus,ita nec vsusfru. duorum potest esse insolidum in eadem re:vel deberi duobus,vt hîc dicitur.

q ¶ *Nomine.* pro ea, quæ est vel futura est vxor alicuius nostrum. nam dos sine matrimonio esse non potest : vt C. de donation. ante nupt. l. fin. nec deberi contrahenti matrimonium, scilicet vt principali creditori , & sic duobus nupta esse non potest:vt ℨ.titul .j. l. item si alter.licet tanquam procurator nomine viri alterius possit eandem dotem stipulari:vt ℨ.de iure do.l. fi mulier. & ita demum contractio matrimonio debetur:vt ℨ. de iure do. stipulationem.Accur.

1 *Fl. alteri.*

r ¶ *Idémque ait.* vt nō possint fieri duo rei stipulandi insolidum.

s ¶ *Qui.* scilicet Stichus.

t ¶ *Debeantur.* & sic proprium est in Seio, vt ei tantum alternatiua quæsita sit stipulatio , sed alteri acquisita est in decem, vt hîc dicit,debeantur.& ℨ.subiicit,obligatus manet &c. & caue quòd tam in primo casu legis,quàm hoc secundo est imparitas in re,quæ in stipulationem deducitur,cùm plus vni quàm alteri quæratur , vel vni soli. & est sic ℨ.eod. l.eandem.§.fed & si quis.secus si æqualitas:vt dixi supra eod.ex duobus.& sic etiam non obstat ℨ.eo.si ex duobus.§. si. quia nō fuit ibi rei imparitas,imò æqualitas vsquequo durat peculium. vel ibi persona promittentis facit imparitatem rei,hîc persona stipulantis,vel saltem vtriusque. Accursius.

u ¶ *Manet.*stricto iure.nam si Titio decem soluit , remanet obligatus Seio in Stichum vel x.Item si soluit Seio Stichum vel x.remanet obligatus Titio in x.nam ex quo non sunt duo rei stipulandi,imparitate impediente , solutione vni facta non liberatur ipso iure ab vtroque. ex quo enim non sunt eiusdem rei stipulationes,ergo diuersarum , & sic alia decem Titio,& alia x.vel Stichus debentur Seio.sed hoc est contra mentem stipulantium.& ideo de æquitate dic , quòd si decem vni soluit,quæ communiter vtrique debebat,ab vtroque liberetur per exceptionem.sed si essent duo rei,tunc ipso iure:vt supra eo. l.ij. Sed quid si Seio Stichum soluit:nunquid à Titio de x. liberatur? hoc non aperitur sed potest dici idem.nam quæ æquitas est vt decem vni solutis , ab vtroque liberetur,scilicet contrahentium voluntas, hæc eadem est solu to Sticho Seio:quia hæc fuit voluntas , vt semel alterum eorum alteri solueretur.Item si Seio Stichum soluat, cōstat eum liberari ab eodem Seio de decem,ergo & à Titio , cùm de eisdem decem de æquitate sentiat.ideo autem de Sticho non repetit,quia dicit decem alteri , quæ dici non poterat de Sticho,vt alteri cuiquam eorum soluendo , ab altero liberetur. nam non vtrique , sed alteri tantùm poterat solui. non enim ad solutionem tantum Titio faciendam de Sticho est appositus Titius,imò ad obligationem,quæ obligatio cùm non possit ei quæri,nec solui poterit ei:vt supra de verborum obligationib.l. fi duo rei. Accursius.

b al. Seio.

x ¶ *Ab altero.*Not.quòd ad hoc vt duo rei sint stipulandi, oportet q stipulentur rem talem,quæ vtrique acquiri possit. Azo.

y ¶ *Liberetur.*de æquitate. Accur.

Ex duobus.] CASVS. Titius & Mæuius stipulati sunt à Sempronio c. de iure ita est quòd vni soluendo reus ab altero liberatur. sed ponamus,quòd Titius petiit,& litem est contestatus contra Sempronium, post hoc iste Sempronius offert pecuniam Mæuio.an liberetur à Titio?Respond.quòd non: quia Titius præuenit litem contestando.Franc. Accursius.

z ¶ *Egerit.*litem contestando &c.sic & infra de fideiuss.si reus. & ℨ.c. l.ij.& ℨ.de procura.l.pluribus.& ℨ.de solu.si quis stipulatus fuerit a.in melle.& ℨ.de consti.pecu. idem est. Idem est in accep. & iureiur. ab vno delato:vt ℨ.de accep.l.& per iusiurandum.§.fi.& ℨ.de iureiurā.l. fi.

a ¶ *Offerendo.*& soluendo.

b ¶ *Nihil agit.*quantum ad liberationem.

Sine

a *Siue.*intelligas legem istam in appellatiuis nominibus dicendo: lego rem talem dandam à primo, & à secundo,tertio excepto. vel dixi dandam à primo.isto casu pro partibus hæreditariis tenētur. secus si propriis nominibus appellasset. nam tunc viriliter tenerētur. si verò ab omnibus excepto vno,vel ab omnibus nullo excepto,tūc non viriliter, sed pro partibus hæreditariis tenerentur. Accur.

b ¶ *Ab omnibus.* scilicet legatum esset.

c ¶ *Pro hæreditariis.* prout ad primum refertur,est contrà. ℨ. de lega.j.si ex toto. §. j. vbi in totum dicit eos teneri. Solu. voluntas testatoris hoc facit , vt sint plures rei insolidū, vel non:vt quia ibi hoc expressit , hîc non. vel ibi verbum dato , bis legitur. vt sit perfecta constructio. & ideo quis insolidum tenetur, sicut econtrà cuique debetur solidum si taliter pluribus esset legatum : vt C. de cadu. tollen.l.j.§. si verò non omnes. & ℨ. de leg.iij. l.coniunctim. secundū Azo. & eisdem modis solue:vt & ℨ.eo. l. eandem.in fin.j.respon.vel dic , quòd in l. si ex todixit testator ab illo vel ab illo:hîc verò copulatiuè. Item adhuc oppo. ad primum dictum:quia non pro hæreditariis,nec insolidū, sed quòd viriliter debeant, videtur:vt ℨ. de leg.j.turpia.§.fin.& l.si hæredes nominatim.quæ sunt contrà. Solu.secundum fo.ibi propriis nominibus damnauit hæredes : hîc appellatis.puta duos hæredes quos modo nominaui.arg.ℨ. tit.j. l. fi communis seruus ita.& ℨ.ad Trebel.l.nonnunquam.Accur.

1 Fl.partibus debitum.

2 Flor. deeſt. in totum.

Ex duobus.] CASVS. Tu & ego promisimus Stichum Caio.tu illū Stichum occidisti.an nihilominus ego tenear mortuo Sticho? Respon.quòd sic:quia factum tuum mihi nocet. hoc verum dicit glo. si sumus socij:aliàs non.Franc.

3 Fl.male:& dic q

4 Flo. tunc ſ. tra.

5 Flo. ibi non mora fuit

6 Bart. Ciendo.

d ¶ *Nocet.*Si socij sunt,aliàs non,secundum M.& Io. & sic non est cō tra.ℨ.de vſu.l.mora.in fin.quæ est contrà. Alij vt P.dicunt quòd hic in faciendo:quia seruum promissum occidit. ibi in non facere.cui ob.C.eo.l.fi.vbi de interpellatione dicit quòd nocet :sed ibi cum executione.Tertij,quòd interuenit hic factum : quia agnouit debitum:vt d.l.fi.C.eo.non autem mora.Quarti, quòd hic fideiusserat vnus pro altero. ibi non.

Vnus duo.] CASVS. Pulchra lex,& casus eius talis est. Tu & ego promisimus decem Titio.contingit,quòd tu propter aliquod delictum captus es , & deportatus. tu es liberatus ab obligatione. sed an ego liberer?Respon.quòd non.videbatur contrà:quia si soluisses, & esses liberatus,ego etiam liberatus essem.Sed hoc non obstat : quia aliud est per solutionem debiti liberari , quàm per aliquem alium modum eximi ab obligatione. posteà concludit dicens ex iis , quæ dixit, quòd si aliquis sit obligatus,& fideiussorem dederit, licet sibi interdictum sit aqua & igni , nihilominus fideiussor eius manet obligatus. Franc.

e ¶ *Obligatione.*quia deportatus est:vt in fi. l. idem si maximam cap. dimit.esset passus,vt alter non liberetur,& idem si minimam:vt ℨ.de capi.dimi.l.ij.§.hi.

f ¶ *Alter.*correus.

g ¶ *Non liberatur.*per deportationem. & dic ciuiliter secundum M.

h ¶ *Obligatione.*naturali. Azo.vel dic etiam ciuili.scilicet in altero.

i ¶ *Tenetur.*pro altero correo qui remanserat obligatus. & sic soluitur contra.infrà titul.ij.si debitori.vel solu.vt ibi,& facit infra de solu. l.fina.

¶ DE STIPVLATIONE SERVORVM.

Vm seruus.] CASVS. Sumus in tractatu de stipulatione seruorum.quæritur ergo à domino Iuliano quomodo cōcipiuntur stipulationes seruorum:& respondet, quòd non refert an seruus concipiat verba stipulationis in sua persona:vt dicendo, Mæui promittis mihi c.aureos?an verò cōcipiantur in persona domini sui,vt dicendo , Mæui promittis domino meo centum?an verò sine expressione personæ domini aut suæ stipulentur?cui promittis dare centū ? quia omnibus his casibus quæritur do-

XVII. Paulus lib.viij.ad Plautium.

Siue à certis personis hæredū nominatim legatum esset , siue ab omnibus excepto aliquo: Attilicinus , Sabinus , & Cassius pro hæreditariis portionibus in totum eos legatum debiturosaiūt: quia hæreditas in totum eos obligat. Idem est cùm omnes nominātur hæredes.

Factum unius ex reis debendi nocet alteri. Bartolus.

XVIII. Pomponius lib.v.ex Plautio.

Ex duobus reis eiusdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet.

Si persona unius ex reis debendi ab obligatione eximitur,alter remanens nō liberatur: & potest illi obligationi fideiussor accedere. Bartolus.

XIX. Idem lib.xxvij.ad Q.Mucium.

Cùm duo eandem pecuniam debent , si vnus capitis diminutione exemptus est obligatione , alter non liberatur. multum enim interest vtrùm res ipsa soluatur , an persona liberetur. Cùm persona liberatur manente obligatione , alter durat obligatus. & ideo si aqua & igni interdictum est alicui , fideiussor posteà ab eo datus tenetur.

† De aquæ & ignis interdictione pulchrè Bu. ℨ. de donati. inter vi. & vxor. l. pen.

Flo.interdictum est , alicuius fideiuss.

De stipulatione seruorum.

TITVLVS III.

I. Iulianus lib.ij.Digestorum.

Cùm seruus stipulatur, nihil interest , sibi an domino, an verò sine alterutra eorum adiectione dari stipuletur.

Stipulatio inutilis non tollit domino rei uē dicationem. Bart.

¶ *Si seruus tuus, qui mihi bona fide seruiebat , peculium habuit quod ad te pertinebat .* , & ego ex eo pecuniam Tirio credidero, numi tui manebunt . stipulando autem mihi seruus eandem pecuniam,nihil agit .vendicādo

1 Fl. stipulatur.

2 Fl.habuerit.

3 Fl.pertineat.

4 Flo.nihil agit.

chus stipulatur seruo Titij c. dare. certè ista stipulatio non valet : nec Titio actio quæritur ex stipulatu. ¶ *Communis seruus.*] Tu & ego habebamus Pāphilum seruū communē.hic seruus habebat peculium quod ad te pertinebat, ex quo seruus noster pecuniam alicui mutuauit. dicitur hîc quòd hæc pecunia tibi acquiritur , licet seruus noster nominatim mihi eam stipulatus fuerit: nec propter hanc stipulationem debitor liberabitur à te,tamen vterque nostrum habet actionem ad hanc pecuniam. ego quidem ex stipulatu : quia seruus mihi stipulatus est, tu verò habes actionem: quia pecunia tua est.vel runtamen si ego petam à debitore hanc pecuniam : ipse poterit me repellere doli mali exceptione.

1 Flo. stipulatur.

¶ *Quod meus seruus.* Habebā duos seruos, Stichum & Pamphilum. Stichus stipulatus est à Titio c. dari Pamphilo seruo meo. ista stipulatio valet., & mihi quæritur actio.Item seruus iste meus Stichus stipulatur seruo Titij c. dare. certè ista stipulatio non valet : nec Titio actio quæritur ex stipulatu. ¶ *Communis seruus.*] Tu & ego habebamus seruum communem,Stichum scilicet,iste Stichus sustinet vicē duorum seruorum : in tantum quòd si seruus meus stipuletur aliquid huic seruo communi Sticho,hæc stipulatio perinde habenda est , ac si seruus meus esset stipulatus seruo meo & tuo , non isti communi , sed aliis qui non sunt communes nobis,sed cuique nostrūm proprij. dicerēt ergo aliquis,ergo ista stipulatio facta seruo communi est pro parte vtilis,& pro parte inutilis,sicut superiori §. traditum est. Sed respon. quòd non est inutilis pro parte,imò totum acquiritur mihi : quia seruus communis est talis naturæ , quòd quando per ipsum vni domino potest acquiri,alteri non potest , perinde habeatur ac si seruus esset vnius solius domini cui acquiritur.

2 Fl.habuerit.

3 Fl.pertineat.

4 Flo.nihil acquiret.

¶ *Si fructuarius.*] Habeo vsumfructum in seruo Sticho,cuius proprietas est Titij.à Lomio vicino iste Stichus stipulatur mihi, vel proprietario Titio c.aureos.quæritur an proprietarius petere possit? Distinguitur.aut stipulatus est ex re fructuarij, & non potest proprietarius petere.aut stipulatur ex alia re,& tunc proprietarius petere potest. Sed & si promissor soluat fructuario,liberabitur. ¶ *Cùm seruus.*] Textus ponit casum in terminis,quem vide.Franc.Accur.

b Scribent. vbique de ista gl. excla mant valde & reputant ſing. ad hoc q ſtip. nullo modo valet, & nulli acquiritur actio ex ea ſi stipulantis nō interest.

k ¶ *Cùm seruus.*proprius non communis,vel in quo quis habet ius.

l ¶ *Nihil interest.*scilicet regulariter.nam semper domino quærit : vt ℨ.eo.siue mihi.& sic ℨ.de verb.oblig.stipulatio ista. §. si quis ita stipul. hoc tamen fallit quando se stipulatur:vt ℨ.eo.l.ij. & l.si seruus communis Mæuij.§.j.item in stipulatione operarum:vt ℨ.eo.l.antepen.item in alio:vt ℨ.eo.l.si seruus communis Mæuij.§.ij.item in quarto:vt instit.e. §.sed cùm factum,sed in procuratore distinguit Ioan. vtrum domino? & non valet,nisi sua interſit ,sicut & si cuilibet alij stipuletur. an sibi stipuletur,licet nomine domini,& tunc acquirit vtilem domino in ea sibus quos not.instit.de iuutil.stipul.§.ei qui.secus in tutore & curatore & actore municipum.nam vtiles quærunt cuicunque stipulentur.vt ℨ.de consti.pecu.l.eum.§.Iulianus.& §.si actori.Accur.

m ¶ *Pertinebat.*ex aduentitia causſa prouenies,Ioan.quo ad me.quasi dicat,non ex re mea,vel opera serui quæsitum.

n ¶ *Manebunt.* nec est mutuum nisi reconcilietur modis consuetis. & Ioan.non tamen stipulatione. vt subiicit.

o ¶ *Nihil agit.*quia non ex re mea,vel opera sua:vt ℨ.de acquiren. rerum domi.acquiritur.§.nō solùm.& facit ℨ.de vsufruct. sed & si quis. §.quæstionis.sed contra.j.eod.si vsufru.in fi.sed ibi expones.Item contrà.C.si certum peta.l.ij.vbi ſtipu.reconciliat mutuum , sed ibi idē qui numerauit, sibi ſtipulatus est.

p ¶ *Vendicando.*rei vendicatione,si extat si consumpta est , tu condicis secundum quosdam.sed tutius imò ego. vt ℨ. si certum petat. nam & si fur. Accursius..

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Ad te solum.* quod quandoque contingit: vt ff. de pec. l. quis ergo.
b ¶ *Dederit.* nomine tuo, aliàs acquirit vtrique, licet per conditionē sine causſa vel alia actione reddatur: vt ff. eod. si ex re. §. j. & l. pen.
c ¶ *Non liberabit.* quia conditionē tuā deteriorē non potuit facere.
d ¶ *Exceptione.* ne bis idem exigatur. sed certè imò magis ego stipulator debeo admitti: vt ff. de noua. l. si ita. §. fin. & l. sequen. quæ sunt contrà. sed ibi qui numerabit, & stipulatur sibi vbi distinguitur, in continenti, vel ex intervallo. hic alterius nomine numerat, & alteri stipulatur: & alteri, nō sibi numeranti.
e ¶ *Stipulatur.* ab extraneo.
f ¶ *Stipuletur.* seruus meus repete. Azo.
g ¶ *Vt altera.* prima. vt ff. eo. siue. Accur.
h ¶ *Altera.* scilicet secunda: vt ff. eod. seruus alienus. & ff. titu. ij. stipulatio ista. §. alteri.
i ¶ *Communis seruus.* sub. quo ad quid, & quo ad quid non: vt in hoc §. patet. sed in libero vix hoc inuenitur: vt supra de pact. l. si plures. quæ est ar. contrà. reperitur tamen quandoque: vt ff. de adopt. l. iij. & iiij.

5 Flo. deest, ab eo.

σ Flor. item quod.

ADDITIO. Pro solut. distingue secundū Bart. fic, quòd quandoque habetur respectus ad substantiam personæ: & tunc tantum potest sustinere personam vnius: vt l. si plures. ff. de pact. aut habetur respectus ad officium: & tunc aut sunt officia repugnantia, & non potest vicem plurium personarum sustinere: vt l. si quis. de postul. & l. nemo. de assess. aut non sunt officia repugnantia, & potest: vt l. ij. ff. de adopt.

7 Flor. deest, tamen.

8 Flor. deest, alteram.

9 Fl. quod alter.

10 Flor. alter non.

k ¶ *Stipulatus fuerit.* ab extraneo. Accur.
l ¶ *Mei serui.* Et hæc est vtilis: vt l. proxim.
m ¶ *Tui serui.* & hæc est inutilis: vt supra pro xi. §.
n ¶ *Neque tamen.* licet quò ad prædicta vicem duorum sustineat: non tamen quo ad omnia: vt subiicit.
o ¶ *Facultatem.* Not. ergo regulam hanc: vt hic, & ff. eod. proinde. §. final. & l. sequent. & supra de auth. tu. fi communis. Sed contrà huic §. in l. proinde. §. si seruus. in princ. ff. eo. Solu. hic ab extraneo ibi ab vno dominorum stipulatur.
p ¶ *Vel proprietario.* alternatiuè. nam nominatim etiam ex re fructuarij potest proprietario stipulari: vt ff. eo. seruum fructuarium. licet reddatur per condi. sine causſa: vt ff. eo. l. penult.
q ¶ *Ex re fructuarij.* idem si ex opera, cum operæ ex re esse videātur. vt ff. de acquir. rer. do. l. qui bona. in princ.
r ¶ *Inutilis est stipulatio.* propter incertitudinem, & omnino: vt ff. eod. item si seruus. §. fin. & quatuor seq. & ff. de sol. qui res. §. si seruus. Alij dicunt inutilem in persona proprietarij. sed quantum ad vsumfr. tenet vt probatur per finem huius §. & in totum tenet: sed tunc contra. sunt dictæ leges. ff. eo. Sol. ibi nō ex re domini alicuius. hic ex re fructuarij.
s ¶ *Acquirere non potuisset.* aliàs est non potuisset, & tunc plana. aliàs deest. & tunc potuisset, scilicet aliàs, non autem hoc casu. vel potuisset, id est possibile est, scilicet si nominatim ex re fructuarij stipularetur proprietario: vt d. l. ff. eod. seruū fructuarium. sed si esset aliunde stipulatus proprietarius, peteret: vt subiicit, & ff. eo. si ex re. Accursius.

ergo eam pecuniam ab eo⁵ tu consequi poteris.

Stipulatio facta uni, non tollit certi conditionem ex mutuo alteri acquisitam. Bart.

2 ¶ Si seruus communis meus & tuus ex peculio quod ad te solū a pertinebat, mutuam pecuniam dederit b, obligationem tibi acquiret: & si eandem mihi nominatim stipulatus fuerit, debitorem à te non liberabit c: sed vterque non-[20] strūm habebit actionem. ego ex stipulatu, tu quòd pecunia tua numerata sit: debitor tamen me doli mali exceptione d summouere poterit.

3 ¶ Quod meus seruus meo seruo dari stipulatur e, id perinde haberi debet, ac si mihi stipuletur f. Item si quid[6] tuo seruo stipulatur, perinde est ac si tibi stipulatus esset: vt altera g stipulatio obligationem pariat, altera h nullius momenti sit.

Quod uni ex dominis non acquiritur, alteri insolidum quæri potest. Bart.

4 ¶ Communis seruus i, duorum seruorum personam sustinet. idcirco si proprius meus seruus communi meo & tuo seruo stipulatus fuerit k, idem iuris erit in hac vna conceptione verborum, quod futurum esset, si separatim duæ stipulationes conceptæ fuissent, altera[50] in personam mei serui l, altera in personam tui serui m, neque tamen[7] n existimare debemus dimidiam partem tantùm mihi acquiri, alterā[8] partem nullius esse momenti, quia persona serui communis eius conditionis est, vt in eo qđ alteri[9] ex dominis potest acquirere, alteri[10] non potest, perinde habeatur, ac si eius solius esset, cui ac quirendi facultatem o habet.

Alternatiua inter personas quibus æqualiter potest quæri, utilitas stipulationem, sed si alteri tantùm quæri potest, alius habebitur ut adiectus. Bartolus.

5 ¶ Si fructuarius seruus stipulatus esset fructuario vel proprietario p: si quidem ex re fructuarij q stipulatus esset, inutilis est stipulatio r: quia vtrique ex re fructuarij actionem acquirere s non[11] potuisset. sed si aliūde[12] t stipulatus fuisset, proprietariū petere posse. sed[13] &si, pmissor fructuario soluisset v, liberatur.

Si stipulatio principalis confertur in personam unius, pœnalis in personam alterius, prima per pœnalem non nouatur ipso iure, sed ope exceptionis perimitur. Bart.

6 ¶ Cùm seruus communis Titij, & Mæuij stipulatur in hunc modum, *x. Calendis Titio dare spondes? & si x. Calendis Titio non dederis, tunc Mæuio xx. dare spondes?* duæ stipulationes esse videntur. sed si Calendis x. data non fuerint, vterque x dominus ex stipulatu agere poterit y: sed in secunda obligatione Mæuio commissa[14], Titius excepti-[40]one z doli mali[15] submouebitur.

Inter eum qui sibi stipulatur, & rem in stipulationem deductam, debet esse diuersitas. Bartolus.

11. Vlpianus lib. iiij. ad Sabinum.

SEruus communis ipse sibi stipulari non potest a, quamuis constet[1] eum se stipulari domino posse b. Non enim se domino acquirit, sed de se obligationem facit[2].

III. Idem lib. v. ad Sabinum.

SI seruus reipublicæ, vel municipij, vel coloniæ, stipuletur, puto valere c stipulationem.

Generaliter promissio refertur etiam ad eum cui postea specialiter est promissa. Bart.

IIII. Idem lib. xxj. ad Sabinum.

SI seruus communis sibi & vni ex dominis stipuletur, perinde est ac si omnibus dominis, & quil. l. liber homo. at dari videtur quod fit accipientis: vt infr. de ac. §. appellamus. multo minùs ergo seruus potest sibi dari, vel soli vel acquiri. & sic est hic ratio ciuilis: quia seruus nil habet. & ad hoc C. si seruus ex. l. j. in princ. Si verò alicui res dari potest: licet non etiam facto libero vt in seruitute ad fundum domini: valet stipulatio: vt ff. eo. si seruus communis meus. sed non legatum: vt ff. de seruit. leg. l. & si maxi me. & facit ff. eo. si seruus communis Mæuij. §. j.

t ¶ *Si aliunde.* quod non esset ex re fructuarij.
v ¶ *Soluisset.* scilicet quod aliunde est stipulatus. & sic ad proximum dictum refertur, in quo est quasi adiectus: vt & ff. eod. si ex re. vel dic quò ad primum. & sic colliges primo casu, quòd tenuit stipu. quo ad fructuarium: vt modò notaui.

x ¶ *Vterque.* Sed quare prima non quæritur vtrique sicut secunda? Respondeo, quia secunda videretur acquiri tā rūm Titio, quia descendit ex prima. econtrà quòd tantū Mæuio vt puta nominato. sic ergo nec mihi, nec tibi, sed diuiditur de ri-[11] *Flor. non deest.* gore.

y ¶ *Poterit.* vnus ad de[12] *Flor. simil.* cem, & alter ad vigin- *Flo. deest.* ti. & hoc de stricto iure. sed reiecus de æquitate vt subiicit.

z ¶ *Exceptione.* nō autem ipso iure. & hoc ideo, quia in persona dominorum conceptæ fuerunt stipula. alioquin ipso iure prior esset nouata: vt in contrario. ff. de act. & obli. obligationum ferè. §. fin. quia seruus non habet ius nouandi, cùm domini condi. deteriorē faceret: vt ff. de reg. iur. melior.

a SErvus cōmunis. *Non potest.* dicēdo vni dominorum, *pmittis* me mihi? sed si *promittis* me alij domi[13] *Flo. male deest.*

14 Fl. promiss.

15 Flo. male

I Seruus.] CASVS. Respublica alicuius ciuitatis, municipij, vel coloniæ: si habeat seruum communem, ille seruus potest stipulando acquirere reipub. municipio vel coloniæ. Franc.

c ¶ *Valere.* licet ipsa vniuersitas non facilè stipuletur: quia non facilè consentit: vt ff. de acquiren. poss. l. j. §. fin. & l. sequen. & hic erat hæc dubitatio.

SI seruus.] CASVS. Tu & ego habemus seruum communem Stichum, iste seruus stipulatur sibi, & tibi nominatim. certè perinde est, ac si omnibus dominis & vni nominatim stipuletur, quasi si seruus

uus sic dixisset, promittis dominis meis c. & Titio nominatim. & hoc est cōmodum eius, cui nominatim stipulatur: quia tres partes habebit eius, quod deductum est in stipulationem. alter autē dominus tantum quartam partem habebit. vide glo. super verbo, dodrans. Franc.

a ¶ *Titio.* nominatim. Accur.
b ¶ *Mæuio.* fine nomine.

1 Colligit Bald. p. ge neralis pro missio refer tur ad specialē. posteā desiscerā. quod limita tur nisi specialis illud, quod re- stringat effectū. sic ff. de iure fisci. l. ij. §. fin. & l. penult. & C. de fi scom.

c ¶ *Dodrans.* aliàs dest Titio: sed subaudi. Respondeo, quia secunda habet enim Titius dimidiam ratim tanquā nominatus. Item dimidiā alterius dimidiæ: quia est vnus de duobus dominis. & idem in superiori casu quantū ad sibi & Titio. Sed cō bi, sed diuiditur de rigore.

d ¶ *Debeatur.* in vtroque casu, cùm idem sit.

SEruus communis.] CASVS. Quæritur à domino iurisconsul. qualiter seruus communis cēsetur esse duorum dominorū, & pro quibus partibus? Respondet iurisconsul. quòd seruus communis centetur esse communis duorum pro partibus indiuisis: nō quòd quilibet dominus possit dicere seruum suum totum. quæ tamē partes magis istelle quam sensu percipi possunt. & ideo si seruus communis stipulatur dominis suis, concurrūt in æquales partes rei, quæ deducta est in stipulationem. ¶ *Licet autem.* Item seruus communis Titij & Mæuij potest vni dominorū soli acquirere, nominatim ei stipulādo sic, promittis Titio domino meo? vel rem aliquā per traditionē accipere nominatim vni dominorum, tamen vnus dominus iussit eum stipulari sibi, an illi soli quæritur? Respō. q. sic. l. sequen. continua cū ista. Fran.

e ¶ *Acquirit.* vt ff. l. proxi. Accursius.

f ¶ *Omnibus.* vt ff. depositi. l. j. §. fi duorum. & ff. l. proinde. & ff. de acquiren. rerum do. communis seruus. & hoc nisi propria nomina dominorum ponat, quod dic, vt not. ff. eo. l. si communis seruus ita stipuletur. item fallit quod hic dicit, quando vni tantum potest quæri: vt ff. l. j. §. communis. in fi. §. & pro socio. l. verum. §. fi seruo.

g ¶ *Habent.* Scilicet acquirit.
h ¶ *Licet.* id est licitum est.
i ¶ *Ei.* scilicet seruo.
k ¶ *Iussu.* sed vbi vnus iussit, & alium nominat, si res pertinet ad iubentem, ei quærit, si ad nominatum, ei quærit, si ad neutrum, præualet nominatio: vt C. per quas perso. l. si duo. secundum Io. vel dic secundum. Azo. vt ibi no. Accur.

l ¶ *Dominorum.* scilicet stipuletur, & simpliciter.

PFilius.] CASVS. Ita ex continuatur ad superiores duas pro simas, vbi dicebatur quòd serui acquirunt dominis, si iusserint stipulari: in hac ponit alia exempla, quæ clara sunt in textu. ¶ *Si seruus communis.* Quatuor erant, qui habebant seruum communem, Titium, Mæuium, Seium, & Sempronium, & sunt æquales in portionibus. iste vni † ex his stipuletur: veluti Titio a & Mæuio b, & Titio: & tunc probabile est, vt Titio dodrans c, Mæuio quadrans debeatur d.

Ex stipulatione serui communis acquirit dominus pro parte dominica: nisi fuerit unus nominatus uel iubens. idem in aliis acquisitionibus. Bartolus.

v. Idem lib. xlviij. ad Sabinum.

SEruus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro partibus vtique indiuisis, vt intellectu magis partes habeant, quàm corpore. & ideo si quid stipulatur, vel qua[1] alia ratione acquirit e, omnibus f pro parte, qua dominium in eo habent g, acquirit. ¶ Licet h autem ei[2] i nominatim alicui ex dominis stipulari, vel traditam accipere rem, vt ei soli acquirat. ¶ Sed si non vni[3] domino nominatim stipuletur, sed iussu k vnius dominorum l: hoc iure vtimur, vt soli ei acquirat, cuius iussu stipulatus est.

VI. Pomponius lib. xxvj. ad Sabinum.

OFfilius m rectè dicebat, & per traditionem accipiendo, & n deponēdo, cōmodandóque posse ei soli acquiri qui iussit. quæ sententia[2] Cassij & Sabini dicitur.

VII. Vlpianus lib. xlviij. ad Sabinum.

PRoinde, & si quatuor fortè dominos habuit[1], & duorum iussu stipulatus o sit, iis solis acquiret, qui iusserunt. magisque est vt non æqualiter, sed pro portione dominica totum p eis acquiratur. Idem puto, & si nominatim eis stipulatus proponatur. nam & si q omnium iussu stipulatus sit, vel omnibus nominatim[q] r: non dubitaremus omnibus pro dominicis eum portionibus[r] s, non pro virilibus acquirere.

Qui stipulatur ab uno ex dominis, si alteri nominatim, uel iubenti, nullet stipulatio in totum, uel pro portionibus dominicis aliorum. Bartolus.

1 ¶ Si seruus communis ab vno ex sociis stipulatus sit, si quidem nominatim alteri socio ei soli t debetur. sinautem sine vlla adiectione t purè stipulatus sit, reliquas partes seruus[2] cæteris omnibus sociis præter eam v partem, ex qua x promissor dominus esset, acquiret. Sed & 3 si iussu vnius socij y stipulatus esset[4]: idem est, quod esset, si ei eidem[5] socio vel z nominatim dari stipulatus esset.

Quod uni non potest quæri, quæritur alteri cui potest. Bart.

¶ Interdum etiam si neque iussu, neque nominatim alteri ex dominis stipuletur, ei tamen soli acquirere a eū, Iuliano placuit: vt putà, si quid fortè stipuletur, quod vtri-

Sed pone tres esse dominos, vnus habet in seruo tertiam, alius quartā: & alius sextam. cùm hæc omnia non faciant totum, ergo non totum acquiritur. sed dic totū, scilicet quòd acquirit. hoc autē esse potuit, si alter dominus habuerat pro derelicto, vel decesserat sine hærede, nec erat adhuc capta ea pars.

p ¶ *Nam & si.* bene dico nisi nominatim. nam &c. & sic est argum. de toto ad partem: vt no. ff. de vsur. l. qui scit. in prin. Accursius.

Argumentū de toto ad partem an procedat, & an de parte ad totum.

q ¶ *Nominatim.* id est expressimitta, scilicet omnibus dominis meis, vel etiam expressis nominibus propriis. ita tamen quòd præcedant appellatiua. nisi sic exponeres, esset contrà ff. eo. si communis seruus ita. in princ.

r ¶ *Portionibus.* scilicet dominicis.

s ¶ *Ei soli.* si nominato: vt & ff. de vsufru. sed si quis. §. seruus fruct. & ff. de accep. l. an inutilis. §. seruus communis. versi. accepto.

t ¶ *Vlla adiectione.* scilicet domini.

v ¶ *Præter eam.* id est quotam: puta dimidiam, vel tertiam. Accur.

x ¶ *Ex qua.* id est quota secundum Io. vel dic ex qua facere simplicē relationem, vt partem ad rem acquisitam: & qua ad partem serui refertur. nam quam partem habeat in seruo, eandem in re promissa retinet, stipulatione quantum ad eam partem habita pro nulla. sed videtur, quòd vni acquiri non possit, vt totum aliis quæratur: vt ff. eod. l. ité si seruus. ij. respon. sed illud de his quæ acquiruntur, hic non quæritur pro parte promittētis. vel retētio habetur loco acquisitionis. & sic non obst. item contrà. ff. eo. pro socio. l. verum. §. si communi seruo. Sed aliud in legato relicto seruo communi ab vno ex dominis: cùm liberalitas largè interpretanda sit, quàm hic in stipulatione quæ non est ex causſa liberalitatis. vel ibi contemplatione socij reliquit. & eodem modo sol. ff. de condit. & demonst. l. qui hæredi. §. fi. & ad le. Falci. l. Plautius. vel plenè dic, vt in d. l. verum. pro socio.

y ¶ *Socij.* vt j. respon. huius §.

z ¶ *Vel.* pro etiam.

a ¶ *Acquirere.* imò nulli: vt ff. de ser. leg. l. & si. maximè testamenti factio. sed aliud in legato, quod seruo relicto ita demū valet, si eo facto libero posset valere: vt supra de legat. ij. debitor. §. fi. sed ei libero, cùm non haberet fundū, nō posset ei seruitus legari vel acquiri & fi. nouum.

1 Fl. iis seruus cæteris socijs.
3 Flo. sed si.
4 Flo. est.
5 Fl. eidem illi socio nomina tim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eit infrà eodem, si communis seruus.

a ¶ *Tem si alter. Seruo.* scilicet communi. & facit ff. ti. j. l. si id quod, & quod ibi nota. Accur.

b ¶ *Tem si seruus. Stipulatus fuerit.* vel sibi, vel impersonaliter. de aliis enim sequitur. & dic ab extraneo. aliàs confunderetur pro parte: vt & ff. l. proinde.

§. si seruus communis, Io. & facit in titu. eod. in fin.

c ¶ *Ei soli.* scilicet dari.

d ¶ *Stichum.* qui erat Titij.

e ¶ *Pertinet.* vt & ff. eod. l. j. §. communis. sed contrà. ff. eodem, proinde. §. si seruus cõmunis. ij. resp. Sol. ibi.

f ¶ *Sed & si cùm.* tractat hic §. quando seruus duorũ, vel plurium stipulatur incertum, vel incerto modo.

g ¶ *Consistat.* id est valeat.

h ¶ *Inutilem.* omnino. & est ratio, vt infra l. proxi. & l. seq. in fin. & l. nam. & ff. eo. si seruus communis ita. sed contrà. ff. co. l. j. §. pen. Solu. vt ibi. Item contrà. ff. de fideiuss. l. fideiussor obligari. in princ. sed ibi valet accessoria ratione principalis validæ cui adhæret.

i ¶ *Scripsit.* & bene. Accursius.

k *Sed & si ita. Ac quisierit.* & sic fieri solutionẽ noluit.

l ¶ *Inutilis.* Not. ratione incertitudinis neutrum valet. sic & supra de testa. tute. l. duo. & de manu. testa. cùm ex pluribus. sed non videtur bene adduci: quia hic nulla est stipulatio propter incertitudinẽ, sed ibi dico, quòd tenet datio tutoris & legatum: vt patet suprà, de lega. ij. si quis seruum. §. si inter. & de condi. & demon. falsa.

m ¶ *Existimanda est.* quia non apparet cui acquiratur stipulatio, nec cui fieret solutio: & hoc ratione incertitudinis rerum.

1 Flor. deest, sed &.

2 Flor. deest, sed ita.

3 Flor. deest, sed &.

4 Fl. deest, sic.

5 Flor. deest, id est.

1 Flor. sibi.

2 Flor. dari.

que acquiri non potest, veluti si seruiturem ad fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sẽpronij erat, id est, alterius ex dominis, ei soli acquirit.

VIII. Gaius lib. singul. de Casibus.

ITem, si alter ex dominis vxorẽ ductурus sit, & huic seruo dos promittatur.

IX. Vlpianus lib. xlviij. ad Sabinum.

ITem, si seruus duorum Titij & Mæuij, hominem qui Titij erat, stipulatus fuerit, ei soli acquirit, cuius non fuit. Sed si stipulatus sit Stichum, sic, *Et Mæuio & Titio dare spondes?* totum eum Mæuio acquirit. quod enim alteri ex dominis acquirere non potest, id ad eum, qui ad obligationem admittitur, pertinet.

Qui stipulatur pluribus dominis, quibus æqualiter potest quæri alternatiuè, inutiliter stipulatur: secus si sibi primò: quia tunc domini ut adiecti habentur. idem si uni quærinon possit: quia habebitur ut adiectus. Hoc dicit cum quatuor legibus sequen. Bart.

1 ¶ Sed & si cùm duos dominos seruus haberet, stipulatus fuerit illi, aut illi dominis suis, quæsitum est, an sic consistat stipulatio? Cassius inutilem esse stipulationem scripsit: & Iulianus Cassij sententiam probat, eóque iure vtimur.

X. Iulianus lib. lij. Digestorum.

SEd & si ita stipuletur, *Titio x. aut Mæuio fundum dare spondes?* quia incertum est, vtri eorum acquisierit actionem, idcirco inutilis stipulatio existimanda est.

XI. Vlpianus lib. xlviij. ad Sabinum.

SEd si sibi aut Primo, aut Secũdo dominis suis stipulatus adhuc videtur idem, vt vel vni eorum totum possit solui, vt liberetur ab vtroque. & hoc cùm posuit sibi. sed j. proxi. respõ. nõ apposuit sibi.

x ¶ *Mihi.* aliàs nihil.

y ¶ *Aut Titio.* quo casu potest solui Titio: vt ff. de verb. oblig. l. fin. §. cùm mihi. Accursius.

z ¶ *Dominis.* scilicet stipulatur seruus non adiecto sibi.

a ¶ *Non consistit.* vllo modo etiam quo ad solut. vt hic, & ff. eod. item si seruus. in fi. Accursius.

b *Nam cum vter que Capax.* id est vterque ponitur vt ei quæratur obligatio, alternatiuè tamen. Azo.

1 Flor. deest, dixit.

1 Fl. deest, nec mint.

2 Fl. omni. 3 Fl. deest, &.

c ¶ *Adiectus.* adiectus enim non est capax obligationis, i. non ponitur, vt ei quæratur stipulatio. Accur.

d ¶ *Possit.* magis vnus, quàm alius. & sic non apparet quis sit adiectus, cùm non appareat quis sit principalis. sed vbi alter duntaxat obligationis capax esset, tenet sub alternatione facta stipulatio: vt infra de fide. l. fideiussor. Accur.

3 Flo. ergo stipulatio est in cuius fa.

e *Vm enim. Ad hic.* Græcum: cuius sensus est, id est cùm stipulatus est Primo aut Secundo, non adiecto sibi.

f ¶ *Corrumpit.* ff. alternatio.

1 Flo. corr.

Seruus meus.] CASVS *stat.* Quidam fur fubtraxit mihi seruum meum Stichũ. hic Stichus cum apud furem esset, stipulatus est ipsi furi, certe nulla quæritur actio furi: quia eo tempore non fuit apud dominum suum seruus. an autem ego dominus serui possim agere ex hac stipulatione? Respon. quòd non. Si verò iste seruus esset stipulatus nõ facta mentione furis, nec dominj, sed imperſonaliter: vt dicit gloss. mihi domino acquiritur actio. Sed ponamus, quòd iste seruus fic imperſonaliter ſtipulatus ſit ex re furis, & ſic dominus habuit, quod ſtipulatus fuit ſeruus: an fur poſſit hoc repetere à domino ſerui actione mandati de peculio? Reſpon. quòd non, imò remanet apud dominum. Franc.

Locũ habet ſtat.

1 Locũ habet ſtipul. ſeruus.

1 Flor. habet.

g ¶ *Non seruiret.* ſecundum hunc ordinem literæ non eſt neceſſaria gloſ. quæ incipit, alij habent, ſed ſi habes, quia &c. iuxta primum reſpon. ſcilicet Sab. quia &c. & tunc ſic. Accur.

g ¶ *Non seruiret.* alij habent mihi, & tunc dic, q̃ iſtud ſtatim probat non eſſe: quaſi dicat, mala eſt ratio. quia & ſi mihi domino ſeruiat, non tamen furi acquiritur ex tali ſtipul. vt & ff. eo. l. ſeruus alienus. Vt ergo ſit bona ratio, dic eum ſtipulatum furi his verbis, promittis ei cui ſeruiat. ſed ratio? & ſic per conſequentiam ſtipulatus eſt furi, cùm ei ſeruiat. ſed ratio nemen ei non acquirit, cùm ſit malæ fidei poſſeſſor, nec domino, vt ſubiicit. nec dicit. & ff. de acquir. poſſ. l. j. §. ſed per eum. vel ſecundum R. dic etiam ratione iſta ex qua videbatur. quia enim non mihi ſed furi ſeruiebat: & ab ipſo non à me poſſidebatur, ei ſtipulari poſſe credebatur: quod hic remouet. & ſecundum hoc eſt ratio remotiua, & eſt hæc eadem cum prima. alij habent ei. & tũc ei non ſeruiret, ſcilicet ſic vt ei poſſit quæ rere: quia non bona fide. vt in d. l. de acquir. poſſ.

h ¶ *Stipulatus est.* impersonaliter.

i ¶ *Mandati.* de pecu. cùm forte ex re furis ſit ſtipulatus, ſicut ſi vſufru ctuarius ſtipula. domino ex re fructuarij, acquirit domino: ſed conductione ſine cauſſa reddit fructuario. ſed hîc ſecus ſecundum Ioan. Sijue

Siue mihi.] CASVS eruus meus qualiter cunque ſtipuletur ſiue dicendo, promittis domino meo? ſiue, promittis mihi? ſiue, promittis ſeruo domini mei, ſiue tantum, promittis dare? ſemper mihi acquirit ſeruus meus. Franc.

a ¶ *Siue.* facit ff. eo. l. j. in princ. & quod ibi no.

Seruus hæreditarius.] CASVS. Mortuus eſt Titius, qui hæredem ſuum fecit Mæuium. erat autẽ in Titij hæreditate ſeruus quidam. iſte ſeruus nondum adita hæreditate ſtipulatus eſt futuro hæredi Mæuio. an talis ſtipulatio valeat: Reſpon. quòd non. Franc.

1 Flor. deest, locum.

b ¶ *Nominatim.* puta Titio: & ſic non valet, cùm quaſi extraneo ſtipularetur: vt j. e. ſi ſeruus alienus. ſecus ſi appellatiuo tantũ: vt j. eo. l. ſi ex re. §. fina. quæ eſt contrà. ſed ſecus, ſi neque proprium neque appellatiuum, ſed ſimpliciter: vt j. eod. ſi ſeruus hæreditarius. & ff. de pact. ſi vnus. in fin. quia his caſibus valet. Alij dicunt, quòd hæc corrigitur per l. ſi ex re. quod non placet.

Si communis ſeruus.] CASVS. Habebamus tu & ego ſeruum communem, & ego habebam fundum iuxta fundum Titij: tu verò ibi nullum fundũ habebas. ſtipulatus eſt ſeruus noſter communis à Titio actum, vel iter per fundum ſuum ad meum, ſine expreſſione nominis mei vel tui. iſta ſeruitus itineris, vel actus ſoli mihi potuit acquiri, non tibi, cùm nullum ibi fundum habeas. quòd ſi tu etiam ibi fundum habeas, acquiritur etiam tibi inſolidum, & mihi inſolidum ſeruitus. Franciſcus.

c ¶ *Adiectus.* adiectus non eſt capax obligationis, vt ei quæratur ſtipulatio. Azo. ad hoc quòd non prius fit hæreditas, facit in fi. huius §. & ff. ad leg. Falcid. ſi filius fam. & arg. ff. de opt. leg. l. ſi Eros. vel dic nondum eſſe ſcilicet eius hæredis.

2 Fl. deest, dixit.

3 Flo. omni. 4 Fl. deest, &.

d ¶ *Fundum habeas.* vel eundem communem mecum. vt ff. de ſer. vrb. prædio. ſi vnus. vel alium tuum proprium. Accur.

e ¶ *Quoque.* alias mihi, aliàs tibi. & in idem recidit. & quod dicit in ſolidum, ideo quia non poteſt diuidi: vt ff. de verbo. obliga. l. ij. circa princ. ſed contrà huic. l. ff. de ſerui. leg. l. & ſi maximè. ſecus in relicto ſeruatur. nec immeritò: cùm in multis inueniatur aliud ſtatutum in pro miſſis, & aliud inueniatur in relictis ſecundum Azo. & adde rationem vt dixi ff. eo. proinde. in fin.

5 Flo. ergo stipulatio est in cuius fa.

Si seruus communis.] CASVS Filiuſfamiliàs miles defunctus inſtituit hæredem, qui non adiuit hæreditatem, erat autem ſeruus cõmunis ipſius filiuſfamil. & Titij: qui ſeruus ſtipulatus eſt dominis ſuis: quæritur, cui acquiratur ex hac ſtipulatione? Reſpon. quòd ſoli Titio. nã ſeruus eſt hæreditarius, nec poteſt hæreditati filiuſfamil. mortui quæri: quia nondum cenſetur eſſe alicuius quandiu non eſt adita. nec poteſt quæri ei, qui dicitur hæres eſſe: quia nõ ſtatim poſtquàm inſtitutus eſt, cenſetur hæres. nam illud priuilegium teſtandi quod conceſſit principes filiuſfamil. militibus, non habet vigorem donec teſtamentum ſit confirmatum per additionem hæredis. ¶ *Si seruus Titij.*] Titius & Mæuius habebant ſeruum communem Stichum: iſte Stichus ſtipulatus eſt à Mæuio hoc modo, promittis mihi partem quã habes in me? an talis ſtipulatio valeat? Reſpõ. q̃ non. Si autem dicat ſic, promittis Titio domino meo partẽ quã habes in me: talis ſtipulatio valet. Sin autem ſimpliciter ſtipuletur ſine adiectione perſonarũ. ſicuti, promittis partem quã in me habes dare? certè talis ſtipulatio valet: quia eſt cõcepta ſine vitio: & ideo ſequitur eum in cuius perſona valere poteſt. *Seruus capto.*] Paterfamiliàs quidam nõ bonus armiger, ſed ex his qui faciliter abſq; impulſu de equo ſuo cadũt: hic captus eſt ab hoſtibus relictis domi filio & ſeruo ſuo. iſte ſeruus eſt ſtipulatus domino ſuo dece: cui acquiritur hæc ſtipulatio? & videtur, quòd ad hæredẽ ipſius captiui pertineat: quia cùm ſeruus ſimpliciter ſtipulatur, vel aliquid ab alio accepe

XV. Florentinus lib. vij. Inſtitutionum.

SIue mihi, ſiue ſibi, ſiue conſeruo ſuo, ſiue impersonaliter dari ſeruus meus ſtipuletur, mihi acquiret.

XVI. Paulus lib. iiij. Regularum.

SEruus hæreditarius futuro hæredi decem nominatim dari ſtipulatus, nihil agit: quia ſtipulationis tempore hæres dominus eius non fuit.

Ex stipulatione serui acquiritur ei domino cui potest, ſi ſtipuletur indiuiduum, quæritur cuilibet inſolidum.

XVII. Pomponius lib. ix. ad Sabinum.

SI communis ſeruus meus & tuus viam, vel iter vel actũ ſtipuletur ſine adiectione nominis noſtri, cùm ego ſolus vicinum fundum habeam, ſoli mihi eam acquirit. quòd & ſi tu fundum habeas, tibi quoque inſolidum ſeruitus acquiritur.

Mortuo uno ex dominis ſine hærede, uel hæreditate non adita, ex ſtipulatione serui quæritur inſolidum ſuperuenti domino. Bartolus.

XVIII. Papinianus lib. xxvij. Quæſtionũ.

SI ſeruus communis Mæuij & caſtrenſis peculij, defuncto filiofamiliàs milite, antè quàm adeat inſtitutus hæreditatem, ſtipuletur: ſocio, qui ſolus interim dominus inuenitur, tota ſtipulatio quæretur. quoniam partem

non facit hæreditas eius, quæ nondum eſt. Non enim ſi quis hæredem exiſtere filiofamiliàs dixerit, ſtatim & hæreditatem eius iam eſſe conſequẽs erit: cùm beneficium principalium conſtitutionum in eo locum habeat vt filiusfamil. de peculio teſtari poſſit: quod priuilegium ceſſat priùs, quàm teſtamentum additione fuerit confirmatum.

1 ¶ Si ſeruus Titij & Mæuij partem, quæ Mæuij eſt, ſibi dari ſtipuletur, nulla ſtipulatio eſt, cùm ſi Titio dari ſtipulatus fuiſſet, Titio acquireretur. Quòd ſi ſimpliciter concepta eſt ſtipulatio, veluti, *Partem eam quæ Mæuij eſt, dare ſpondes?* non adiecto *mihi*, propè eſt, vt quia ſine vitio concepta eſt ſtipulatio, ſequatur eius perſonam cuius poteſt.

Seruus & filius acquirunt patri, uel domino reuerſo quocunque modo ſtipulentur, ſed ſi ibi decedat, ſtipulatio nominatim concepta eſt nulla: ſimpliciter concepta ualet in ſeruo. Bartolus.

2 ¶ Seruus capto domino ab hoſtibus, decem dari ſtipulatus eſt. Quamuis quæ ſimpliciter ſtipulatur, vel ab alio acceperit, & etiam ad hæredem captiui pertinent, aliúdque ſit iuris in perſona filij, quia nec tunc fuit in poteſtate, cùm ſtipularet, nec

1 Fl. hoſtibus, domino dari ſtipul. eſt.

2 Flo. accept.

facit, vt partem tantum habeam: nam capio totum: vt ff. de leg. j. huiuſmodi. §. ſi Titio.

k ¶ *Eius.* militis.

l ¶ *Quæ nondum est.* ante additionem. ſi enim eſſet prius hæreditas, ergo pateret iure pecu. non poſſe occupare etiam hæredẽ repudiante. & cid. ſi filiuſfam. & arg. ff. de opt. leg. l. ſi Eros. vel dic nondum eſſe ſcilicet eius hæredis.

m ¶ *Existere.* ſcilicet poſſe. vel dic ſimpliciter.

n ¶ *Erit.* hoc caſu, licet generaliter verum ſit: vt ff. de acquiren. poſſeſſ. cùm hæredes.

o ¶ *Constitutionum.* quæ permittunt filiofam. teſtari in caſtrenſi pecu. vt inſtit. qui. non eſt permiſſ. face. teſta. in prin.

p ¶ *Locum.* id eſt cùm ad hoc inſtitutum eſt.

q ¶ *Cessat.* id eſt non fortitur effectum: adeò vt non faciat ſtipula. purã pendere. & facit j. de caſtren. pecu. l. ij.

r ¶ *Partem.* in ſemetipſo.

s ¶ *Stipuletur.* ab altero domino, vel extraneo. Accur.

t ¶ *Titio.* in proprio non diſtinguitur: vt ff. eod. l. j. in princip. & adde quod not. ff. eod. l. j.

v ¶ *Simpliciter.* id eſt impersonaliter.

x ¶ *Mihi.* ſcilicet hæc verba.

y ¶ *Sine vitio.* quia non poſuit ſibi.

z ¶ *Eius.* ſcilicet Titij. & facit j. eo. l. antepenul.

a ¶ *Capto domino.* ſi habes bis domino: primum cum aliis dictionibus ſunt ablatiui abſoluti: ſi ſemel ſunt datiui. Et no. q̃ non aperit an ſub pprio, vel appellatiuo noſce ſtipuletur domino: vnde nõ eſt vis. Accur.

b ¶ *Quamuis.* mutat caſum.

c ¶ *Simpliciter.* id eſt impersonaliter.

d ¶ *Acceperit.* per traditionem.

e ¶ *Pertinent.* ff. j. de capti. l. j.

f ¶ *In potestate.* ſ. filius. Et ſic not. quòd non pendet eius ſtatus: vt notatur C. de ſenten. paſ. l. ſi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Deprehenditur.*& sic sibi quærit:licet non sit hæres patris.
b ¶ *In proposito.* quando non simpliciter sed nominatim stipulatur. M.
c ¶ *Quomodo* id est sicut.
d ¶ *Defuncto.* quæ non valet.vt & ℨ. si cert.pet.l.eius qui.§.quòd si stipulatus.
e ¶ *Futuro.* nominatim, quæ similiter non valet: vt ℨ. eod. seruus hæreditarius.
f ¶ *In hac specie.* scilicet quando nominatim stipulatur seruus domino capto.
g ¶ *Non sibi.* qui fingitur prima hora captiuitatis mortuus, & sic mortuo videtur stipulari:quare nonvalet.Ex prædictis not. quia filius & seruus stipulantes, cùm dominus, vel etiam pater sunt capti: quia aut nominatim:& tunc idem est in vtroque:quia pendet stipul, & si redeat,valet: aliàs non.aut simpliciter: & tunc si redeat, idem in vtroque:quia valet, & acquiritur redeunti. si non redeat seruus hæredit.filius sibi acquirit. sed quare plus operatur fictio postliminij quam l.Corne.cùm per postliminium indistincte quæritur redeunti: sed per Corne,nõ quæritur hæredi indistincte. sed distinguitur filius à seruo: Resp.facilius debet restitui dominium ei qui aliquando fuit, quàm de nouo hæredi tribui, qui non fuit dominus.
h ¶ *Pecuniam.*id est de petenda pecu.verum si ante finem anni decedat fructuarius, repetit proprietarius per cõdictionem sine causa:& hoc subiicit, sed vnicuique &c. sed in fructibus fundi, dic vt ℨ.de vsufr. l. defuncta. & insti. de re. diui. §.si verò. & quod subiicit secundum quæ,id est ex quo quisque annus inspicitur.quasi tot sint stipulationes quot anni,& quot præstationes.patet q̃ non transit:sed cui que pro suo tempore suo iure quæritur:vt subiicit,& ℨ.de vsuf.l.si operas.Sed contrà.ℨ.eo.ti.de vsuf. l. at si quis. §.si operas.vbi dicit, quòd transit.sed dic quò ad commodum,non quò ad ius:vt quæ erat vnius, sit alterius.& sic dicitur transire fortuna ad aleam de vno ad alium secundum Io.sed secundum M.transit,i.in genere,non in specie.vel transit,i.ius.quo enim iure vnus petit,& alter.non transit, i.res. non eximit eadem res petitur.& adde quod ibi not.Item facit C.de aduoc.diuers.iud.post duos.§.is.& ℨ.de verb.obl.pluribus.§.de hac.
i ¶ *Ratio iuris.*i.tandiu ex ea stipu.fructuario quæritur, quandiu durat vsufru.vnde sequitur vt istius anni stipul.commissa sit fructuario: sequentis sit in pendentia:nec immeritò.nam &c. sed non placet, secundum Io.quòd pura stipulatio sit in pendenti:vt ℨ.eod. vsufructus.licet sit incertum,quot & quorum annorum alterutri actio competitura sit. continua ergo,bene dico esse dubium ratione sequentis temporis cui quæratur.nam & sequenti casu est dubiũ,nec tamẽ ibi dicitur pẽdere.
k ¶ *Dedero* id est mutuauero.
l ¶ *In pendenti.*id est incertum ratione futuri temporis:sed non præsentis:vt dixi ℨ.de vsufru.sed & si quis.§.interdum.
m ¶ *Fructuario.*scilicet quæritur actio.
n ¶ *Domino.*id est proprietario.

Alienus seruus.] CASVS.Stichus seruus tibi & mihi bona fide seruit:tamen ex re mea aliquid acquirit,quæritur an hoc cõmune sit tibi & mihi?Respõ.q̃ tãtum ad me pertinet.& probatur.Nam ita est in veris dominis,quoties potest vtrique acquiri, quæritur vtrique. sin autem non potest vtrique acquiri:quæritur alteri soli totum. igitur fiet erit in nostro præsenti casu:si iste seruus non potest tibi quærere, mihi posteà deprehẽditur[a], vt seruus in hæreditate [4]:tamen in proposito [b] potest quæri, num ex hac stipulatione nihil acquisitum hæredi videatur[5],quomodo [c] si seruus hæreditarius defuncto [d], aut etiã hæredi futuro [e] stipulatus fuisset. Sed in hac specie [f] seruus filio exæquabitur. Nam & si filius capti ui patri suo stipulatus fuerit dari, res in pendenti erit: & si pater apud hostes decesserit, nullius momenti videbitur fuisse stipulatio: quoniam alij,non sibi [g] stipulatus est,

Si seruus fructuarius aliquid annuum pro operis stipuletur, in initio cuiuslibet anni usu fructuario quæretur usufructu durante: pro futuro tempore domino quæretur iure suo. h. d.Bart.

e ¶ *Nouandi.* vt mihi teneri desinat. ad quod est §. eod. si Stichũ. §. fi.

f *Illius. Actionẽ.* nõ etiam suam: vt C. de bon. quæ lib. l. fin. §. hoc proculdubio. in fin. & §. de iure deli. l. ait prætor. §. est enim absurdum. Sed contrà §. de iureiur. l. huic. Sol. ibi potest nouare seruus vel filius faciendo conditionem domini vel patris meliorem de inope ad diuitem: deteriorem non: vt hîc. vel ibi habuit liberam administrationem. & facit C. de rebus cre. nec filius. & §. de pact. l. si vnus. in principio. Accursius.

NOatio autem. CASVS. Dicitur in hac lege quòd nouatio non potest fieri ex ea stipulatione quæ non potest committi: & pone exemplum vt in glo. prima. Videbatur contrarium: quia reperitur casus in quo potest fieri nouatio ex ea stipulatione quæ non potest cõmitti: vt hic. Pone enim sic. Sempronius debebat mihi centum purè: hæc centum stipulatus sum à Titio sub conditione. pendente conditione, si Titius moriatur: & conditio impleta sit ante aditam hæreditatem: statim fit nouatio: & tamen stipulatio non potest committi, cùm nullus sit adhuc hæres, qui conueniri possit: ergo &c. Sed respon. quòd hîc morte Titij non extinguitur stipulatio: quia transit ad hæredem ipsius Titij: cuius personam interim hæreditas sustinet. Franciscus Accursius.

g ¶ *Non committitur.* hoc est exemplum, si debes mihi purè, & stipulor sub conditione: vt §. eo. l. quoties. vel pone vt §. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus fuero te sisti. in princ.

h ¶ *Titius.* nouus promissor. Accur.

i ¶ *Ad hæredem* §. eod. l. quoties. in fine, contrà. Sol. aliud in eo qui ex delicto successorem habet: aliud in eo qui ex lege vel ex testamento. vel solue vt ibi.

k ¶ *Cuius.* scilicet promissoris.

l ¶ *Sustinet.* facit insti. de stipu. ser. in prin. & §. de acquiren. rer. do. l. tor potest, si hoc pupillo expediat a: item procurator omnium bonorum b.

Mandatum de soluendo, non extenditur ut possit mandatarius promittendo nouare. Bartolus.

XXI. Pomponius lib.j. ex Plautio.

SI debitorem meum iussero tibi soluere, non statim tu etiam stipulando c id nouare possis d: quãuis debitor soluendo tibi liberaretur.

XXII. Paulus lib.xiiij. ad Plautium.

SI quis absente me a debitore meo stipulatus est nouandi e animo, & ego posteà ratum habuero, nouo obligationem.

XXIII. Pomponius lib.iij. ex Plautio.

FIlius patris actionem f ignorante eo, nouare non potest.

Per mortem promissoris non extinguitur stipulatio conditionalis: sed adueniente conditione committitur contra hæredes, uel hæreditatem iacentem. Paulus.

XXIIII. Idem lib.v. ex Plautio.

NOuatio autẽ g non potest cõtingere ex ea stipulatione, quæ non committitur. Nec huic contrarium est, quòd si stipulatus à Titio fuero nouandi animo sub cõditione quod mihi Sempronius debet, & pendente conditione Titius h decesserit: quamuis anteadi tam hæreditatem conditio extiterit, nouatio fiat. hîc enim morte promissoris non extinguitur stipulatio, sed transit ad hæredem i illius 3, cuius k personam interim hæreditas sustinet l.

Non omnis cui potest solui, potest nouare. Paulus.

XXV. Cẽsus lib.j. Digestorum.

NOn ideo nouare veterẽ obligationem quisquã rectè potest, quòd interdum rectè ei solui tur, nam & iis, qui in nostra potestate sunt, quod ab his creditũ est, rectè interdum soluitur: cùm nemo eorum per se nouare priorem obligationem iure possit m.

Quando in summis alternatiuè positis cadere poterit affectio: utraque summa erit in obligatione tam minor, quàm maior, sicut in speciebus. Paulus.

XXVI. Idem lib.iij. Digestorum.

SIis cui decem Titius, xv. Seius debebat, à Titio n stipulatus est, quod ille aut ille p debeat, dari sibi, nouatum vtrunque non est: sed in potestate Titij q est, pro quo velit soluere, & cum liberare. Fingamus autem ita actum, vt alterutrum daret. nam aliòquin r vtrunque stipulatus videtur: & vtrũque nouatum s, † si nouandi animo hoc fiat.

Cursus usurarum ex natura actionis procedens, in stipulatione nouante non intelligitur repetitus. Bartolus.

XXVII. Papinianus lib.iij. Responsorum.

EMptor cum delegante venditore pecuniã ita promittit, *Quicquid ex venditu dare facere oportet*, nouatione secuta vsuras neutri t post insecuti temporis debet.

Si secunda stipulatio continet aliud, quàm prima, nouatio non præsumitur. Item, quando æstimatio debetur iure actionis, tempus contractæ obligationis: quando officio iudicis, tempus petitionis inspicitur. Bart.

XXVIII. Idem lib.ij. Definitionum.

FVndum Cornelianum stipulatus, quanti fundus est, posteà stipulor u. Si non x nouandi animo secunda stipulatio facta est, cessat nouatio: secũda verò stipulatio tenet, ex qua nõ fundus, sed pecunia debetur. itaque y si reus promittendi z fundum soluat, secunda stipulatio iure non tollitur, nec si litẽ actor ex prima cõtestetur. Denique meliore vel deteriore facto actione: in qua vsuræ non præstantur iudicis officio: vt C. de vsur. l. iij. Sed hîc contrà, quia vsuræ præteriti temporis petuntur ex stipulatione: vt hîc dicit Roge. non quasi vsura, sed quasi fors. Vel dic non venire: quia non quod offi. sed quod iure actionis potest peti, hoc est nouatum: nec tamen venditori debetur vsura præteriti temporis, cùm officio debebatur, vel extincta est extincta sorte: vt argum. C. depositi. l. iiij.

Fundum. CASVS. Tu promisisti mihi fundum Cornelianum, posteà promisisti mihi pretium eius, vtrum hîc fit facta nouatio? Respon. quòd non, si non nouandi animo sit facta hæc secunda stipulatio, tamen secunda stipulatio est valida, ex qua pecunia & non fundus debetur: in tantum quòd si promissor fundum soluat: secunda stipulatio non tollitur ipso iure: nec etiam si actor contestetur litem super pretio non tollitur ipso iure: nec etiam si actor contestetur litem super prima, tollitur secunda. Item si actor agat ad fundum, & melior vel deterior factus sit fundus: æstimatio eius debetur præsens. ex secunda autẽ stipulatione si petatur pretium: venit æstimatio quæ fuit tempore secũdæ stipulationis. Franciscus.

v ¶ *Stipulor.* ab eodem vel ab alio, & sic duæ sunt stipulationes.

x ¶ *Si non.* id est quia non.

y ¶ *Itaque.* vbi non nouandi animo secunda stipulatio secuta est.

z ¶ *Promittendi.* condemnatus ex prima stipulatione ad fundum præstandum.

a ¶ *Sine culpa.* supple vel mora. vel largè culpam accipe vt etiam moram comprehendat a.

b ¶ *Æstimatio.* non quæ fuerit tẽpore primæ stipulationis interposita, sed quanti fundus est tempore quo petitur: vt §. man. l. si hominem.

c ¶ *Petito.* ex prima stipulatione. vbi autem per culpam vel post morã deterior facta est, habetur æstimatio, quanto deterior res facta fit: vt §. de condi. tri. l. pe.

d ¶ *In altera.* scilicet, stipulatione, quanti fundus est dari.

e ¶ *Æstimatio.* hoc vtiquevera ratione, quia cum quis stipulatur quanti fundus est, pone quòd valet decem: ratione æquipollentium videtur certam pecuniam §. quanti est pretium fundi, stipulari: vt de meritò hîc inspicitur tempus stipulationis: & facit §. de verb. obl. l. si à colono.

Liam causſam. CASVS. Duplex est nouatio: quædã est voluntaria, quædã necessaria. Voluntaria est quæ fit per stipulationem extra iudicium. Necessaria est quæ fit in iudicio per litis contestã. Et est magna differentia inter istas duas nouationes. Nam per voluntariam nouationem perduntur priuilegia illius actionis quæ nouatur, vt apparet in act. tutelæ: quam si pupillus post pubertatem deducat in stipulatum, perdit sua priuilegia. Item in act. dotis etiam si nouatur, perduntur eius priuilegia. Secus autem est in nouatione necessaria, quæ per litis contest. fit: quia per litis contesta. facimus conditionem nostram meliorem: vt licet cernere in actionibus, quæ tempore finiuntur, nam si super eis lis contestetur, perpetuantur. Franciscus Accursius.

f ¶ *Voluntariæ.* quæ fit per stipulationem & per lit. contest. cum alio quam meum pro centum. ego delegaui ipsum creditori meo qui ab eo stipulatus est ista centum. quæritur vtrũ vsuras debeat mihi aut creditori meo? Respon. quod neutri debet, nec mihi, nec creditori meo. Franciscus Accursius.

g ¶ *Dotis.* ex parte mariti, qui esset conuentus inquantum facere potest: & ex parte mulieris quæ præponebatur aliis creditoribus.

h ¶ *Deducatur.* scilicet animo nouandi.

i ¶ *Actum est.* quòd nouetur actio turelæ causſa abiiciendi priuilegij: aliàs durat priuilegium: vt §. de priuile. cred. l. ij. §. parui quoque.

k ¶ *Lite contestata.* contra ipsum debitorem nostrum.

l ¶ *Exercentes.* vt infrà, de regul. iu. l. non solet. & supra, de vsuris. l. lite. & facit C. etiam ob chirog. pec. l. j. Sed contrà b supra, ad Velleia. aliquando. §. de pignore. Sol. vt ibi. Item hoc fallit circa electionem: vt §. supra, de verb. oblig. si quis stipulatus sit.

m ¶ *Finiri possunt.* quas perpetuamus, nisi in act. de dol. & dic distinctionem, vt C. de iudi. l. j.

Aulus respondit. CASVS. Titius debebat mihi centum aureos, & pro hac summa dedit pignora. ego nouandi animo stipulatus sum hanc summam Sempronio: ita vt omnino ab omni priore obligatione discederem. Nunc quæritur vtrum iste secundus promissor possit obligare pignora quæ erant prioris debitoris? Respondet quòd non. Franciscus.

n ¶ *Discederetur.* & sic extinctum est pignus.

o ¶ *Debitore.* delegato.

p ¶ *Prioris.* cuius res obligatæ fuerunt quæ iam liberatæ sunt per nouationem. ad quod est §. loca. item quæritur. §. fi.

Si rem aliquam. Pone casum in hoc principio: vt supra eodem, si quoties.

q ¶ *Si duo rei.* Stipulati sumus tu & ego à Titio cẽtũ, & sic sumus duo rei stipulandi: hîc quæritur de duabus quæstionibus. Primò an vnus reorum stipulãdi habeat ius nouandi. Item secundò quæritur quid iuris vnusquisque habeat in tali stipulatione? Primò respondet ad secundã quæstionem & dicit, quòd vni reorum stipulandi rectè solui potest. Itẽ si vnus reorum petat in iudicio: videtur totam causſam in iudicium deducere. vsque ibi, item vnus. ponit aliud, dicens quòd vnus acceptum ferendo tollit totã obligationem. vsque ibi, ex quibus. facit conclusionem quòd vnusquisque videtur sibi acquisiſſe in hac obligatione, ac si ipse solus esset stipulatus. deinde ibi, secundum quod. respõdet primæ quæstioni dicens quòd etiã vnus reorum potest nouare totam obligationem ratio est, quia ea stipulatio de qua paulo antè dixit, est similis solutioni. vsque ibi, alioquin. vbi ponit quædã sequi inconuenientia, si prædicta non essent vera: quia sequeretur quòd si tu & ego haberemus vnum debitorem cõmunem, & ego eum delego creditori meo, & ipse creditor stipuletur ab eo: quia non liberaretur à te: quod tamen est absurdum dicere. Vel si mulier iussit fundum sibi & alij promissum doti promittere, vel ipsamet promittit. nam debitor fundi liberabitur. Franciscus.

q ¶ *Si rem aliquam.* Dic si purè debes mihi aliquam rem, & stipulor sub cõditione: nunquid fit nouatio? Respon. distinguendum. nã aut res non existit sine suo dolo: & tunc non fit nouatio. aut existit, vel non existit suo dolo: quod idem est & tunc fit nouatio. Item & hoc probo: quia si mihi debes, & es in mora: perpetuatur obligatio re deficiente: ergo si mihi debes purè, & à te animo nouandi stipulor sub conditione, & res tuo dolo desinat esse tempore existentis obligationis: nihilominus fit nouatio: quia tuo facto perpetuati stipulationem. sic ergo si obligatio durat, potest contingere nouatio.

r ¶ *Locus.* hoc totum dictum est §. eo. l. quoties. sed videtur aduersari quod sequitur, nisi per promissorem &c. Et quod posteà subiicitur, nouatio quoque fiat: nam cùm facta nouatione mora purgaretur, non deducitur in frequentem stipulationem vel mora vel Stichus: vt ibi docet Mar. Item cùm nõ fit res eo tempore quo conditio impletur, non contingit nouatio: vt ibi dicitur. Sol. hîc fuit actum vt mora transiret in sequentem obligationem, nec purgaretur mora prioris. Ibi verò actum non fuit secundum R. & secundum hoc mora fuit hîc commissa ante stipulationem conditionalem, & actum vt obligatio nouetur, non verò mora. Sed opponitur: cùm conditionalis stipulatio nouandi animo facta fit, ex priore stipulatione non est petitio: sed nec ex secunda ante conditionis euentum, ergo nec mora: vt suprà si certum peta. l. lecta. sed hoc est verum nisi ante esset commissa. Item cùm tempore conditionis non subfit res: non committitur stipulatio: ergo nec fit nouatio ea stipulatione, quæ non committitur. Sed respon. fuisse videtur propter moram: licet Ioan. aliter dixerit, scilicet quòd promissor hîc hominem occidit pendente conditione, quia ipse fuit in mora: ideo que debet teneri vtiliter, ac si homo viuat tempore conditionis. & hoc est ibi, nisi per promissorem, &c. putà, quia conditione pendente rem promissam sub conditione posse moram interemit. sed secundũ hoc videtur idẽ dicere per ea, quæ sequuntur: & si priusquàm &c. vel potes primam partem legis intelligere quãdo quis stipulatus est sub conditione seruum, qui fuerat mortuus post moram. quare habet locum in morosо promissore sicut in fure. §. de verb. oblig. inter stipulantem. §. penul. sed in contrario non erat mortuus tẽpore stipulationis: & secundũ hoc dices nisi per promissorẽ &c. scilicet ante stipulationem eo mortuo post moram. Alij dicunt contrà quòd ibi erat mortuus post moram ante stipulationem: hîc verò erat in mora ante stipulationẽ: sed non mortuus: quod est verius. Quod autem sequitur, & si priusquam &c. intelligitur quando seruus post moram sub conditione promissus, pendente conditione mortuus est occidente ipso promissore: & hoc est si seruus posteà pendente conditione decesserit: scilicet facto tuo. Si tamen dicatur prius dictum causſa euidentiæ vel placationis repetinon est absonum neque nouum.

s ¶ *Steterit.* id est in mora fuerit: non tamen aperit ante stipulationem conditionalem vel postea ea pendente, sed plenè modò dixi.

t ¶ *In mora fuerit.* vnde perpetuata est obligatio: nec hîc aperit quando.

v ¶ *Et si.* id est quamuis.

x ¶ *Stipulatus fuero.* animo nouandi, sed non animo purgandi morã.

y ¶ *Quoque fiet.* suprà de verborum obligation. l. eum qui. §. fina. contrà. sol. vt ibi. Accursius.

ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur quẽdo vnus erat debitor, & ab alio sum stipulatus rem animo nouandi: hîc quãdo ãb eodẽ debitore.

1 *Fl. deest, stipem.*
2 *Fl. deest, ne.*
1 *Fl. deest, it-lius.*
1 *Fl. deest, ipsum.*
1 *Fl. deest, ipsi.*
1 *Fl. deest, ipsi.*
1 *Fl. deest, ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnde quantum ad eum videtur res extare, cùm interiit post eius morã non purgatam: secus quo ad alium, secundum Bart. hic.

a ¶ *Sibi acquisierit.* similiter quæritur.

b ¶ *Fei ê.* ferè dicit propter id quod dicitur suprà de duobus reis. l. ex duobus. & propter id, quod dicitur suprà de constituta pecun. l. idem est. vel hoc propter casum quando non sunt socij: vel propter id, quod postea dicit excepto eo &c. vel ferè inter omnes conuenit. aliqui enim fortè dissenserunt: & secundum hoc conuenit inter omnes sapientes. Accursius.

c ¶ *Acceptilatione.* vt & j. de accept. l. & per iusiurandum.

d ¶ *Excepto.* ecce quare dixit ferè. Accursius.

e ¶ *Stipulandi ius est.* aliàs stipulantis, aliàs stipulationis. Accursius.

f ¶ *Amittere.* saccepto ferendo, aliàs admittere. Accursius.

g ¶ *Sí vnus.* reorum iti pulandi.

h ¶ *Ab aliquo.* vel extraneo vel reo debendi.

i ¶ *Quoque.* non solùm solutione & acceptilatione: vt suprà dictum est.

k ¶ *Eum.* reum debendi.

l ¶ *Ab altero.* reo stipulandi. Sed contrà suprà, de pact. si vnus. in princip. solu. aliud in pacto: vt ibi. & aliud in nouatione vel accepti. vt hic. ad quod suprà, de liber. lega. si quis reum. §. j. hoc non placet: quia & de nouatione ibi dicit. vel quod ibi dicit, idémque in duobus reis stipu. non ad omnia præcedentia refertur: sed ad id, quod dictum est, pactũ vnius non nocet alteri: non autem ad id quod ibi de nouatione præmittit: nisi sic dicatur q̃ pactum factum ab vno reorum stipulandi, alteri non noceat: sed nouatio & acceptilatio sic. Vel verius ibi de non sociis: hic de sociis: & qđ ibi præmittit de duobus argentariis sociis, scilicet vt neque pactum neque acceptil. vnius alteri noceat, speciale est in argentariis: vel impropriè dicuntur ibi socij argentarij quorum nomina simul facta sunt: secus in illis, qui sunt socij: vt hic. vel hic ab altero volente: ibi nõ. Vel sol. vt ibi.

m ¶ *Id specialiter.* vt fiat nouatio: & expressim hoc casu: vel dic satis esse agi iure veteri hodie opus est exprimi: vt C. eo. l. fin.

n ¶ *Et magis.* scilicet fiet nouatio.

o ¶ *Alioquin.* id est nisi dicas alterum nouare posse, & debitorem cõmunem ab vtroque liberari, vel id est, si dixeris nos non esse acceptilationem solutioni similem, secundum H.

p ¶ *Sí vnus.* ex reis stipulandi.

q ¶ *Fuerit.* nam secundum hoc non obligabitur illi, cùm non liberetur à primo creditore & vtroque: quod est absurdum.

r ¶ *Aut.* quid dicemus si &c. Accursius.

s ¶ *Fundum.* fibi & alij promissum.

t ¶ *Insserit.* promissorem fundi illius: cùm ipsa erat vna de reis stipulandi.

v ¶ *Nuptura ipsa.* Duobus modis intelligi potest quòd rea erat stipulandi, & per voluntatem debitoris viro futuro promisit fundum sibi & alij correo debitum. vel rea erat promittendi, & altero creditorum volente ipsa suo viro promisit fundum, & hoc mulieris gratia, secundum Ioan. Quod autem subiicit, nam debitor &c. secundum vltimam expositionem non refertur ad primum dictum.

a Flo. vnus quisq; ue.

3 Fl. & vnũ iudicii pitem tem.

4 Flo. vnius.

5 Fl. perimi vtrisque obligat

6 Flo. stipulantis.

7 aliàs, quod.

8 Fl. ipsi.

r Fl. Te homi nẽ, & Seiũ de cem mihi dare oportet. stipulor ab altero nouan.

Te hominem.] CASVS Stipulor à te hominem, & à Seio stipulor decem: posteà ab aliquo tertio stipulor hoc modo: quod illum & Seium dare oportet, promittis mihi? ille promittit: certè fit nouatio: quia totum deducitur in secundam obligationem. Franciscus Accursius.

x ¶ *Ab altero.* tertio vel vno reorum.

y ¶ *Vtrumque.* cùm hoc actum fit. Rog. ne fit contrà, suprà eod. si is, cui hic ergo aut aut pro & accipitur, ibi propriè ad quod est infra de verborum significatio. l. sæpe.

judicium nouare, delegare, & nomen debitoris cedere. Bart.

1 ¶ Si duo rei stipulandi sint, an alter ius nouandi habeat, quæritur: & quid quisque [2] iuris sibi acquisierit [a]. Ferè [b] autem conuenit & vni rectè solui, & vnum in iudicio [3] petentem, totam rem in litem deducere. Item vnus [4] acceptilatione [c] perimit [5] vtriusque obligationem. Ex quibus colligitur vnumquenque perinde sibi acquisisse, ac si solus stipulatus esset: excepto [d] eo, quòd etiam facto eius cum quo commune stipulandi [6] ius est [e], amittere [f] debitorem potest. secũdum quæ [7] si vnus [g] ab aliquo [h] stipuletur, nouatione quoque [i] liberare eum [k] ab altero [l] poterit, cùm id specialiter [m] agit: eo magis [n], cùm eam stipulationem simile esse solutioni existimemus. aliôquin [o] quid dicemus, si vnus [p] delegauerit creditori suo communem debitorem, ísque ab eo stipulatus fuerit [q]? aut [r] mulier fundum [s] iusserit [t] doti promittere viro, vel nuptura [v] ipsa [8] doti eum promiserit? nam debitor ab vtroq; liberabitur.

Si stipulor ab uno quod mihi debetur à duobus, animo nouandi, uterque liberatur, si copulatiuè, uel eo casu quo alternatiua ponitur pro coniunctiua.

XXXII. Paulus lib. j. ad Neratium.

A Te hominem, & à Seio mihi decem dari oportere stipulor: ab altero [x] nouandi causſa ita, Quod te aut Seium dare oportet. Vtrunque nouatur. Paulus, Meritò: quia vtrunque [y] in posteriorem deducitur stipulationem.

Exceptio cohærens personæ, quæ obstat delegatori, non obstat ei, cui facta est delegatio. Bart.

XXXIII. Triphoninus libro vij. Disputationum.

SI Titius donare mihi volẽs, de legatus [z] à me, creditori meo stipulandi spoponderit [1], non habebit aduersus eum illam exceptionem, vt quatenus facere potest, cõdemnetur [2]: nam aduersus me tali defensione meritò vtebatur: quia donatum ab eo petebam: creditor autem debitum persequitur.

Qui habet libram peculij administrationem, potest nouare: nisi animo donandi hoc facit. Bart.

XXXIIII. Gaius lib. iij. de verbor. obligationibus.

DVbitari nõ oportet [1], quin filius, seruúsve, cui administratio [b] peculij permissa est, nouandi quoque peculiaria debita ius habeat [2] [c]: vtique si ipsi stipulentur: maximè [d] si etiam meliorem suã conditionẽ eo modo faciãt [3]. nam si alium iubeant stipulari, interest vtrum donandi animo [e] alium iubeant stipulari, an vt ipsi filio seruóve negotia gerãt [4]: quo nomine etiam mandati [f] actio de peculio acquiritur [g].

1 ¶ Agnatum furiosi, aut prodigi curatorem [h] nouandi ius habere, minimè dubitandum est, si hoc furioso vel prodigo expediat [i].

z Flo. stipulatus.

1 Fl. stipulẽ.

2 Fl. condemnetur.

1 Fl. Dubitari.

2 aliàs habebit

3 Fl. faciunt.

4 Fl. negotiã gerat.

a ¶ Condemnetur. idẽ si donaturus tibi promiserim ei, cui tu donare volebas: idemque est si quod tibi me debere existimabam, iussu tuo spopondi creditori tuo. sed fecus, si quod tibi debere credebam, iussu tuo spopondi ei cui tu donare volebas, vel ei, quem creditorem tuũ putabas: vt suprà, de donatio. l. ij. §. j. & de exceptione dol. l. Iulian. & l. purè. §. fi cùm. & supra eodem. l. si quis. & j. si non. & l. doli. & de re iudicata. Nesennius. & facit suprà de donat. l. qui id quod ex causſa. Item contrà suprà de iure dotium. l. si extraneus. sol. vt ibi. Accursius.

Dubitari.] CASVS. Filiusfamiliàs, aut serui, qui habent debita peculiaria, possunt ea nouare si ipsi stipulentur, & conditionem suam meliorem faciant. Si verò alium iubent stipulari: si faciunt donationis causſa, non valet. Si verò ideo iubent stipulari quasi negotiorum gestorem, tunc valet. §. sequens & sequens clari sunt. Franciscus Accursius.

b ¶ Administratio. libera, vt suprà de procurat. l. procurator cui. & C. eod. cum eo. l. fi liberam.

c ¶ Habeant. vt suprà de iureiuran. l. huic. Sed contrà, suprà de pactis. l. si vnus. in princip. Solur. ibi, in non peculiaribus. vel ibi, donando: vt hic dicit. & fic etiam intellige infra titu. j. l. fugitiuus. in fine. & suprà eo. seruus. & facit, supra de condictio. indebi. l. naturaliter. & de pec. l. libera. §. fi.

d ¶ Maximè. abundat: vt & suprà, quæ res pignori obligari possunt. lege prima. vel idem si non meliorem: dum tamen non deteriorem, nam &c.

e ¶ Animo. quando non fit nouatio, quia deterior fit conditio.

f ¶ Mandati. vnde non efficitur deterior conditio, licet non meliorem. Accursius.

g ¶ Acquiritur. contra illum, qui stipulatus est animo nouandi à debitore serui vel filij, mandato filij vel serui, per quæ tenebitur stipulator cedere act. ex stipulatu domino vel patri.

h ¶ Curatorem. legitimum: aliàs est datiuus tantùm: vt institu. de curat. §. item furiosi.

i ¶ Expediat. de inope debitore ad diuitem, vt supra eod. l. nouare. §. pupi lus. Accursius.

2 ¶ Id dare spondes. sed hæc non videtur vna, nisi dicas propter vnã conceptionem, & quia ab vno, plures tamen sunt res: vt suprà, de verborum oblig. l. pluribus.

¶DE SOLVTIONIBVS & liberationibus.

Dixit de nouationibus, quæ æquiualent solutionibus: vt suprà titu. j. l. si rem. in fi. nunc generaliter de solu. Et est solutio rerũ, & ita in facto: liberatio est obligationũ, & ita iure istatim. largissimè tamẽ ponitur alias solutio pro qualibet liberatione: vt j. e. l. solutionis sed quidam hi: dicit de liberationib⁹ illis, scilicet vbi remanet obligatio: vt aliquo deportato quod nõ placet: sed de his dicitur j. de fidei pas & de bonis da. dicitur ergo hic generaliter de liberationibus obligationum tam de his quæ ipso iure, quàm etiam quæ pacto contingunt: vt infra eod. Stichum. §. naturalis. & singulos casus in hoc titulo, & C. eodem, inuenire magis est laboriosum, quàm subtile.

4 aliàs qua.

1 Fl. sæpe dicit.

2 Fl. Vnus debet

3 Fl. facunt.

Vna stipulatio potest nouare plures stipulationes. Bart.

2 ¶ In summa admonendi sumus nihil vetare vna stipulatione plures obligationes nouari: veluti si ita stipulemur, *Quod Titium & Seiũ mihi dare oportet, id dare spondes* [a]. Licet enim ex diuersis causſis singuli fuerant obligati, vtrique tamen nouationis iure liberantur cùm vtriusque obligatio in vnius personam, à qua [4] nunc stipulemur, confluat.

De solutionibus, & liberationibus.

TITVLVS III.

Debitor in diuersis summis, & ex diuersis causſis, cùm soluit unam summam potest eligere in quam causſam uelit eam cedere, & si hoc facit, & creditor tacet, cedit in illam solã sit autem contradicit, se inuicẽ impedium: quia creditor recipere non cogitur: & sic in nullã cedit. si autẽ non eligat, uel eligat, sed nõ incõtinenti, creditor potest eligere in quam cedat, dummodò eligat similiter incontinenti: & in illam causſam in quam uerisimiliter ipse elegere, pro se, si esset debitor: scilicet in grauiorẽ. & si hoc facit, & debitor tacet, similiter cedit in illam. si autem contradicit, in nullam cedit: sed cogitur restituere. si autem nouiter eligat, cedit in causſam duriorem: & quæ sit durior, hic declaratur. sed si neutra durior est, cedit in antiquiorem. Paulus.

I. Vlpianus lib. xliij. ad Sabinum.

QVoties quis [b] debitor ex pluribus causſis [c], vnũ debitũ soluit, in arbitrio soluentis est dicere [d], quod potius debitum voluerit solutum: & quod dixerit, id erit solutum. Possumus enim certam legem dicere ei † quod soluimus [e]. Quoties verò [f] non dicimus, id quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potiùs debito acceptum ferat: dummodò in id constituat solutum, in quod ipse, si deberet, esset soluturus, quóque debito se exoneraturus esset, si deberet: id est, in id debitum [g], quod non est in controuersia [h]: aut in illud, in quod quis [i] pro alio fideiusserat: aut cuius dies non dum venerat [k]. Æquissimum enim visum est, creditorem ita agere rem debitoris, vt suam ageret. Permittitur ergo creditori [1] constituere in quod solutum velit [l]. dũmodò sic constituat [2], vt in re sua constituere [m]. Sed constituere [n] in re præsenti, hoc est, statim atque solutum est [o], debet [3].

3 Fl. ipsi.

4 Fl. Dum in re.

1 Fl. efficit.

† Fl. ei, cui soluimus.

II. Florentinus lib. viij. Institutionum.

CVm in re [1] [p] agẽda hoc fiat [q], vt vel creditori liberũ sit non accipere, vel debitori non dare, si alio nomine exolutum quis corũ velit.

III. Vlpianus libro quadragesimo tertio ad Sabinum.

Cæterùm posteà [r] non permittitur [3]. Hæc res [t] efficit [1] vt in duriorem causſam semper vi probationes in euidenti secundùm Io. & Azo. sed hoc non placet qui busdam, vt iam dicam. sed & si nunquam eligit, vel ex interuallo: decedit de omnibus pro rata, vt j. eo. illud. & hoc casu prodesset ei eligere. Item quod de electione dicit, intellige cùm creditor eligit, & debitor tacet: aliòquin si consentiat, non est opus discretione causſæ. vel si dissentiat incontinenti, repetit: vt j. eo. l. ij. secundùm Azo.

a ¶ Causſis. principalibus: aliàs contrà: vt C. eodem. l. j. & de usuris. l. si usuras. & dices j. eod. l. in his. §. Imperator. & est ratio dictæ. l. si usuras.

ADDITIO. Dic istam glossam esse verã & bene dicere quando solutio est facta simpliciter electione à nemine facta, secundum Barto. hic.

d ¶ Dicere. in ipsa solutione: vel iuxta ante. vel post: vt C. de usuris. l. si usuras.

e ¶ Soluimus. vt suprà de pactis, l. in traditionibus. & C. eo. l. j. & infra eod. Paulus. & ẽ. de serui. l. si cui. in prin. & facit C. de dona. quæ sub modo. l. perfecta. & C. de dona. l. sancimus.

f ¶ Quoties verò. aliàs quos verò: & aliàs quod.

4 Fl. desit. debet.

g ¶ Debitum. hæc expla denotant verisimilitudinem, non necessitatem. nam & si in non grauiorem causſam, cõ stat per confessionem partium eum solutum fi deberet: in eandem causſam hic accepto feret secundum Azo. In alio quoque casu prodest electio in continenti facta: quia si plures essent paresque causſæ: si in vnam eligit solutionem, potest prodesse ei, si fortè in electa causſa non habet

1 Fl. creditor.

1 Fl. cõstituamus.

h ¶ Non est in controuersia. id est, non debet constituere pro eo, quod non est in controuersia: sed pro eo, quod est in controuersia: vt sic vitetur controuersia. & repetitur in sequentibus duobus exemplis hæc gl. Vel si intelligatur affirmatiuè, id est, q̃ illud, quod non est in controuersia, debeat solui: q. d. certum & liquidum, non autem id de quo dubiũ est per controuersiam, id est, per negationem, planum est. & sequentia legentur negatiuè: vt j. l. iij. & iiij. vel dic haud pro non. & est plana.

i ¶ Quis. scilicet debitor qui non eligit, vt dictum est. non autem dicas quis extraneus, qui fideiussit pro debitore, quia illud esset grauius debitori: vt j. eo. & magis. & l. fi.

k ¶ Nondum venerat. imò potius in illud cuius dies venerat, vt j. eo. l. cùm ex pluribus. & est sciendum q̃ hæc exempla denotant similitudinem, vt modò dixi.

l ¶ Velit. id est, velle debet: vt subiicit. & sic ponitur in prin. decretorum. & statim hic colligitur.

m ¶ Constituere. aliud in pretio pignoris venditi: vt infra, eod. l. Paulus. §. Paulus. in fin.

n ¶ Constituere. scilicet creditorem accipiendum est.

o ¶ Solutum est. aliquid. & sic non totum.

p ¶ Cvm in re quæ fuit supple, ne propter verbum futurum agenda, necesse habeas dicere, q̃ tantùm antè habeat fieri. & facit ẽ. de vi & vi armata. l. ij. §. cùm igitur. & j. rem ratam hab. quo enim.

q ¶ Fiat. i. fieri debeat. l. electio creditoris vel ẽt debitoris vt subiicit.

r ¶ Cæterùm posteà. id est, post solutionem factam ex interuallo.

s ¶ Non permittitur. constituere.

t ¶ Hæc res. quia creditor debet rem debitoris agere vt suam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Videatur*.scilicet creditor. Accursius.
b ¶ *Suo*.scilicet si soluturus esset.
c ¶ *Nomine*.id est creditore, iste creditor. id est, ita est, verisimile: potest tamen esse econtrà:vt no.3.eo.l.j.
d ¶ *Dictum sit*.nec à creditore aliquo tempore, quia priùs mortuus est,nec à debitore. Vel dictum si à creditore: sed ex interuallo: vt statim dixit.sed secundū hoc nulla videtur differētia, vt cōstituat sibi creditor electionē incōtinenti, an taceat vterque.Sed Ioā. dicit talem esse. nā vbi nil ab aliquo dicitur, & nulla sit grauior: cedit in antiquiorē: vt j. l. in his.ij.resp. vbi verò creditor seruat sibi ele ctionem, etiam in nouā causſam cedere potest secundum eius arbitriū. quod potest ei prodesse etiam in hoc: quia de nouo fortè debito probationes non habet,sed de antiquo habet, secundum Ioā. & Azo.sed hoc quibusdā displiceret:quia secūdum hoc non ita debitoris vt suum gerat negotium,Item vbi neuter aliquid dixit: sed plures causſæ sunt graviores, vel antiquiores:cedat in vnāquanque pro rata:vt j. eod. illud. vbi verò habet electionē,in vnam tantùm eligere potest.sed Azo. aliter placet. cū enim sibi creditor seruat electionem etiam in leuiorē causſam accepto feret,& in quancunque velit. dūmodo sic faciat vt in re sua faceret.nam & si rem suā gereret, fortè talis persona est, quæ in leuiorē causſam solueret. si obiicias: quare ergo dicitur creditorem videri accepisse in grauiorem?Respon.præsumptio est q̄ sic ageret suum negotium,scilicet soluēdo in grauiorē causſam. sed si aliter constat:& in non grauiorem causſam cōputare poterit. Et sic not. ex prædictis quòd aut debitor eligit,& creditor cōsentit:aut ecōtrà creditor eligit,& debitor consentit, & in his casibus non est opus his legibus.aut debitor eligit,& creditor tacet,vt in princ. titu. aut ecōtrà debitore nō eligente creditor incōtinenti eligit,& debitor tacet, vel dicit scilicet debitor erit, vel esse debebit, vel similia: vt in secundo respōso primæ legis,aut altero eligente alter dissentit:vt lege secunda,aut neuter eligit tunc, sed ex interuallo vel nunquam, vt hac l.cæterum.in prin.& in fin.

1 Flo.deest,etiam.
2 Fl.deest,causſam.
3 Fl.deest.autem.
4 Fl. quæ & ¶ Fl.videtur.
† Fl.habuerūt

e ¶ *Venit*.vt & infrà eo.l.cùm ex pluribus.
f ¶ *Et magis quod meo nomine*.facit suprà,ad Trebel.lege,si res aliena.in fin.
g ¶ *Satisfdato*.id est cum fideiussore. hoc tamen patitur exceptionē, vt infrà,l.ob triginta.Accur.

In iis verò.]CASVS. Dictum est ℨ. eo. l. iij. q̄ si neuter nec creditor,nec debitor eligat in quam causſam velit esse solutum,q̄d videtur esse solutū in his nominib' quorū dies aut cōditio venit. Quid si duo debita cadunt in vnum diē:in quod videtur esse facta solutio? Respon.q̄ videtur facta in grauiorē causſam:& est grauior causſa siue grauius debitū,quod sub satisdatione debetur,quàm id quod sine satisdatione debetur.ℨ.sequentem vide per teipsum.

¶ *Apud Marcellum.*]Debebas mihi cētū soluēda per terminos: videlicet quolibet termino xxv.tu tantum cessasti in solutione, q̄ vsuræ ascēdunt vsque ad xv.nunc venis & soluis xxv.ego dico tibi quòd volo ea tibi deducere in sortem & in.vsuras.hic quæritur vtrū omnia ista xxx.deducantur in sortē,scilicet xxv. & quod supereſt, scilicet v. deducentur in vsuras.An verò ecōtrà?Respon.quòd primo deducuntur xv.in vsuras.& quod supereſt,scilicet alia xv. deducuntur in sortem:vt sic primò & ante omnia soluantur vsuræ. posteà sors. Rationē accipe in l.sequen.Franciſcus Accursius.

§ Fl. de derit. † Adde gl.& Bar.in l.creditor.§. si duobus. ℨ. manda.& in l.vn de quęritur.& ibi Ange. ℨ. cōmo. & omnino Bal.quia ista materia est tricata, j l. si paternā.C. ad Velleia.

deatur a sibi debere accepto ferre. Ita enim & in suo b cōstitueret nomine c. Quòd si fortè à neutro dictum sit d, in iis quidem nominibus,quæ diem vel conditionē habuerint 1, id videtur solutū, cuius dies iam venit e.

IIII. Pomponius lib.xiij.ad Quintum Mucium.

ET magis quod meo nomine f, quàm quòd pro alio fideiusſorio nomine debeo: & potiùs quod cum pœna,quàm quod sine pœna debetur: & potiùs quod satisdato g,quàm quod sine satisdatione debeo.

V. Vlpianus lib.xliij.ad Sabinum.

IN iis verò,quæ præsenti die debentur,constat etiam 1 quoties indistinctè quid soluitur, ī grauio rem causſam h videri solutum. Si autem nulla prægrauet, id est, si omnia nomina similia fuerint, in antiquiorem i causſam 2. Grauior autem 3 videtur, quæ 4 sub satisdatione debetur 5, quàm ea, quæ pura est k,

Ponē hic casum quòd debebas mihi centum: & dederas duos fideiussores,posted soluis mihi quinquaginta cum hoc pacto, quòd in aliis quinquaginta tu remaneas obligatus, & etiā unus de fideiussoribus, alter autē liberetur ex toto.utrū poterit hoc fieri?Respondetur quòd sic:quod est notandum.Paulus.

1 ¶ Si duos † quis dedit 6 fideiusſores,potest ita soluere, vt vnum liberet l.

Pecuniæ dedāta ad uenditionem pignoris conuertitur ad usuras debitas,non solum ciuiliter & naturaliter sed etiam naturaliter tantum,pro quibus erat obligatum,& æqualiter non pro rata:licet summæ usurarum sint inæquales, & si quid supereſt,cōuertitur in sortē. sed pecunia simpliciter soluta per debitorem, non conuertitur in usuras ciuiliter nō debitas, licet naturaliter tantum debitæ sed in sortē: si autem sunt debitæ ciuiliter & naturaliter, tūc prius in usuras: & si quid supereſt, cōuertitur in sortem etiā si creditor copulatiuè dicat se recipere tam pro sorte, quam pro usuris.Paulus de Castro.

2 ¶ Imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit,cum dictis 7 pignoribus creditor pecuniā rede git, si sint vsuræ debitæ m, & aliæ indebitæ n quod soluitur o in vsuras p,ad vtranque causſam vsurarum,tam debitarum,quàm indebitarum q pertinere:puta,cùm 8 quædam earum ex stipulatione, quædam ex pacto naturaliter debeantur r. Si verò summa vsurarum debitarum & indebitarum non eadē sit, æqualiter ad vtranque causſam proficit quod solutum est, nō pro rata s: vt verba t rescripti ostendunt. Sed si fortè vsuræ non sint debitæ u, & quis simpliciter soluerit, quas omnino non erat stipulatus v, Imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit, vt in sortem cedant. Eidem autem rescripto ita subiicitur: Quod generaliter constitutum est, priùs in vsuras numum solutum x accepto ferendum, ad

h ¶ *In grauiorem causſam*.quæ sit grauior,dic vt ℨ.l. j. & l. proxi. & j.e.si quid ex famosa.& l.cùm ex pluribus.Sed cōtrà.C.eod.l. j. & de vsuris.l.si vsuras.solu.hic in pluribus principalibus.& est ratio,vt not. in dicta l.si vsuras.Accursius.
i ¶ *In antiquiorem*.Qualiter accipiatur antiquior,dic vt j. eo. l. si ex pluribus.§.fin. & l. vbi fideiussor.
k ¶ *Pura est*.id est simplex. non autem dicitur ad differentiam cōditionalis. & facit ℨ.l. proxi.in fin.
l ¶ *Liberet*. si dicas q̄ quilibet pro parte fideiusſerat : expeditū est. si verò dicas quòd simpliciter, & sic tenetur insolidum : vt insti.de fideiussor.§. si plures.Adhuc dic q̄ soluēdo medietatem debiti pro vno eorum cum liberet, & alter remanet obligatus: si hoc fiat creditore volente. Item plus dico eo inuito:nec obstat q̄ non admittitur particularis solutio, vt ℨ. de vsuris. lege, tutor. §. Lucius. nisi in casibus quos not.suprà, si cer.pe.l. quidam. quia illud est cum suo nomine,hic autē alieno, id est fideiusſoris nomine soluebatur, & plerunque consequitur quis per alium quod per se non potest: vt j. de accept. & per iusſum rand.§.& si fideiusſori. vel dicas quòd hīc nō fuit solutio particularis,sed solida. si enim erant ambo fideiusſores soluendo, non tenebantur nisi viriliter ex beneficio epistolę diui Hadriani. vt inf. de fideiuss.§. si plures. & C.de cōstit. pecu. l. fina. si ergo soluit pro vno dimidiam, soluit totum quod ille debebat.Aliud autem dicerē si alio non soluendo existente, velim soluere dimidiam pro illo qui est soluendo,& eum liberare : quia nō possum creditore inuito.& facit infrà eodem.l.quoties.& suprà, de fideiusſo.l.si ſtipulatus.§.fin.
m ¶ *Debitæ*.ciuiliter & naturaliter.
n ¶ *Indebit.æ*.ciuiliter:sed debitæ naturaliter.
o ¶ *Solvitur*.ab emptore pignorum.
p ¶ *In vsuras*.id est,quod de iure videtur solui in vsur. vt ℨ. de pigact.l.cùm & sortis.
q ¶ *Indebitarum*.vbi par summa est vtrarunque vsurarum :scilicet pro rata.
r ¶ Pro *rata*.Arg.contrà.j.eod.pupilli.§.pen.& ℨ.de dam. infe. si finita.§.cùm autem.& hoc si creditor non eligit:quod potest:vt infrà.eo. Paulus.§.Paulus.
s ¶ *Verba*.quæ non habemus.
t ¶ *Non sint debitæ*.nec ciuiliter nec naturaliter : & tunc consonat suprà.de condi.indebi.si nō sortem.in prin.in eo quod dicit, si sorti debebitas &c.& secūdū hoc rectè legitur hæc litera:quia simpliciter soluit vsuras nō dicēdo quas,vel in quas omnino &c. Alij dicunt q̄ non sunt debitæ per stipulationē,sed nudo pacto.sic ℨ.eo.& j. eod. & tūc applica hunc versum principio,nō sunt debitæ quas omnino &c. Si autem fini,in fortē cedāt quas omnino &c.id est quia omnino &c.Si autem rectè elegeris:scilicet q̄ simpliciter in vsuras soluisset quas omnino nō promisisset,tunc nō in sortem,sed in vsuram naturaliter debitā cederet,vt in fine huius §.dices ergo simpliciter,id est nō dicendo in sortē vel vsuras.Nec obstat C.de vsuris.l.si vsuras. C. eodem. l. j.quia ibi naturaliter & ciuiliter.debentur,hīc verò vel nullo modo secundum primum intellectum:vel naturaliter tantum secundum alium,vt & infrà ſtatim dicitur.
v ¶ *Non erat stipulatus*.scilicet creditor.vel id est nō promiserat debitor.sic suprà,de condi.indebi.si non sortem.§.si decem.
x ¶ *Solutum*.simpliciter.

Exoluere

a ¶ *Exoluere*.actionis iure,vel pignoris retentione : vt C. de vsuris. l.si vsuras. Accursius.
b ¶ *Conuentione*.quæ peti non poterat.
c ¶ *Repeti*.naturali causſa inhibente repetitionem : vt C. de vsuris. l. ij.l.per retentionem. Accursius.
d ¶ *Non numeratæ*. vt suprà,§. sed si forte. duobus ergo modis hoc expone, vt ibi diximus.
e ¶ *Non habebuntur*. alter est cum creditor pignus vendit, vt infrà eodem, Paulus. §. j. quæ est contrà. & l. creditor. §. j. & suprà eadem l. §. Imperator.
f ¶ *Apud Marcellum*. adiunge cum l. sequen.

Nec enim.Scripturæ. Nota ordinem non curari.sic ℨ.de pecu. leg. l. quidam. & de damno infecto, si finita. §. si plures. Sed argumen. contrà suprà, de fideicommiſ. lib. generaliter. §. si quis alienum. & in authenti. de hæred.& Fal. §. inordinatum.& suprà, ad Trebellia. l. hæredes. §. fi. & de vulgari ſubſtit. quis in c.j §. prius.& de ſtip. pater.§.à te. uius.& de lega. ij. cùm h ¶ *Videtur*. id autem agi videtur, quòd priùs accesit : deinde principale computetur:cùm hoc ius desierit.vt ℨ.l. proxi. §. idem autem.

Si quid.]CASVS. Tu debebas mihi centum ex causſa furti. item debebas mihi alia centum causſa venditionis. tu soluis: & nullus nostrūm exprimit in quam causſam soluatur. cerdicitur hic, quòd videtur esse solutum in causſam furti : quia est grauior. item ex causſa iudicati, & non iudicati debitum, videtur esse solutum in causſam iudicati. Item debebas mihi decem ex causſa legis Aquil. & alia decem causſa venditionis. certè si soluas nullo nostrūm exprimente in quam causſam soluatur, videtur esse solutum in causſam legis Aquil.quia crescit per inficiationem.Franc.Accursius.
i ¶ *Si quid ex famosa causſa*.vt furti & tutelæ.
k ¶ *Non famosa*.vt ex illis contractibus qui non infamant. & facit ℨ.de reg.iur.l.ſi in duabus.& ℨ.de ſuſpe.tuto.l.hæ enim.Accur.
l ¶ *Iudicati*.quæ durior est propter vsuras maiores:vt C. de vsur. rei iudi.l. ij.& propter id quod dicit C.de execu.rei iudi.l. si causſā. m ¶ *Debeli*.ex conuentione fortè.
n ¶ *Habet*.facit ℨ.eo.cùm ex pluribus.& ℨ.e.l.j.& iiij.
Illud non.]CASVS. Titius debebat mihi viginti ex causſa venditionis:item alia viginti ex causſa locationis:& omnia ista debebat mihi soluere in vno die.soluit viginti quæ recipio,& nō dicit in quā causſam soluat,neque ego.dicitur hīc q̄ media pars, scilicet decem causſam soluat,neque ego.dicitur hīc q̄ media pars, scilicet decem deducētur in causſam venditionis,& decē in causſam locationis pro æquali portione.seq.l.est plana.Franciſcus.Accursius.

eas vsuras videtur pertinere, quas debitor exoluere a cogitur. Et sicut ex pacti conuentione b datæ, repeti c non possunt : ita proprio titulo non numeratæ d pro solutis, ex arbitrio percipientis non habebuntur e.

Quando mens legis est certa,de ordine non curatur.Bart.o.

3 ¶ Apud Marcellum f libro xx. Digestorum quæritur, si quis ita caverit debitori,in sortem &in vsuras eius 10 se accipere, vtrùm pro rata & sorti & vsuris decedat: an verò prius in vsuras, & si quid supereſt,in sortem 11. Sed ego non dubito,quin hæc cautio in sortem 12 & in vsuras admittatur 13:sed priùs in vsuras,& tunc deinde si quid superfuerit, in sortem cedat.

VI. Paulus lib.iiij.ad Paurium.

NEc enim ordo † scripturæ g spectatur,sed potiùs ex iure sumitur id,quod agi videtur h,

In causſam quæ maius periculum commiſtatur,in dubio solutum uidetur. Bar.

VII. Vlpianus lib.xliij.ad Sabinum.

SI quid ex famosa i causſa & non famosa k debeatur, id solutum videtur, quod ex famosa causſa debetur. Proinde si quid ex causſa iudicati l & non iudicati debeatur 1, id putem solutum, quod ex causſa debetur iudicati. & ita Pomponius probat. Ergo si ex causſa quæ inficiatione crescit, vel pœnali m debetur,dicendum est,id solutum videri,quod pœnæ habet n liberationē.

Hanc legem intellige,quando neuter eligit incontinenti:sed si debitore non eligēte,credi tor incontinenti eligeret, posſet eligere unā tantum,Paulus.

VIII. Paulus lib.x.ad Sabinum.

ILlud non ineleganter scriptum esse Ponponius ait, si par & dierum o & contractuum P causſa sit, ex omnibus summis pro portione q videri solutum.

Si seruus est adiectus,non potest solui domino.Bar.

IX. Vlpianus lib.xxiiij.ad Sabinum.

o ¶ *Et dierum*.secus si antiquior sit aliqua:vt ℨ.eod.in his.in princ.
p ¶ *Contractuum*.quia ex nullo infamia contingit,vel ex quolibet : vt j.de regulis iuris.l.si in duabus.qui autem contractus infament, habes ℨ.de iis qui not.infa.l.j.
q ¶ *Pro portione*.nec curo an vna summa sit maior quàm alterativ dicta l. si in duabus. Accursius.

10 SI stipulatus sum mihi, aut Sticho seruo Sempronij solui:Sēpronio solui non potest, quamuis dominus serui sit r,

r *Si stipulatus. Sit.* nisi voluntate seruivt infra eodem, Stichum.§. vſumfructum. & suprà, de condi. & demonſt. l. qui hæredi.
s ¶ *Partem*.vt quinque Accursius.
t ¶ *Liberatur*. argumen. contrà suprà, de verborum obligatio. Iulian. §. j. sed dic vt ibi, & recolas quod no.suprà, de verborum obligatio. l. ij. in princip.
v ¶ *Liberabitur*. si posteà res perierit sine culpa sua : vt infra eodem,lege, qui decem in princip.& facit ℨ.eodem, l. qui hominem. §. j.

Quod stipulatur.] CASVS. Cùm ſtipulor mihi aut alij alternatiuè alius nec nouare nec petere, nec acceptum facere potest: sed tantum ei solui potest.l.sequens plana est. Franciſcus.

x ¶ *Solui potest*. vt suprà tit. j. l. cui rectè, nec potest ei constitui.vt suprà, de constitu.pecu.l.sed & si. §. si mihi.

y *Si stipulatus fuero.pupillo*.puberi Fl. dare tati proximo. & facit suprà,si ſtipulatus. j. respon.

z ¶ *A me*. quia solutionis non obligationis causſa adiectus est. tūc enim non liberaretur, si obligatio esset acquisita pupillo:nisi cum authoritate tutoris. Item ℨ. eod.si seruus decem dare.contrà. Sol.vt ibi. Accur.

Vero procuratori.] CASVS. Hæc lex quatuor præcipaliter dicit. Primò dicit, quòd fi quis voluat meo procuratori cui specialiter mandaui vt pecuniam acciperet, vel cui omnium negotiorum administrationem dedi,liberatur. Se cundò ibi,interdum tamen dicit,quòd aliquando licet nō fit quis procurator:ſi tamen ei soluatur,liberatur debitor : ſicuti contingit quando quis ſtipulatur ſibi aut Titio:nam ſoluendo Titio liberatur debitor. Tertiò dicit,Pone, ego debebam tibi decem : tu mandasti mihi quòd ea Titio soluerem,posteà pœnitens mandasti,quòd non soluerem Titio.ego autem ignorans te vetuiſſe,ſolui. certè liberor. ſi autem scieremnon liberor. Secus est ſi aliquis ſtipulatur ſibi aut Titio : quia licet prohibeat ſtipulator ne Titio ſoluatur,non eo minus ei ſoluendo liberatur debitor:quia ſtipulatio iſta habuit tacitam cōditionem, vt ei posſit ſolui:quam conditionem ſtipulator non potest mutare. Quartò dicit:licet non ſoluat quis vero procuratori,ſi tamen dominus,id est,creditor ratum habeat,liberatur debitor,& debet habere ratū ſtatim poſt quàm ſcit.quod qualiter accipiendum est,habetur in lege ſequen.Frā ciſcus Accurſius.

1 Fl.liberatur.

VI. Paulus lib.x.ad Sabinum.

QVod ſtipulatur.] CASVS. Cùm ſtipulor mihi aut alij alternatiuè alius nec nouare nec petere, nec acceptum facere potest: ſed tantum ei ſolui potest.l.ſequens plana est. Franciſcus.

XI. Pomponius lib.viij.ad Sabinum.

SI ſtipulatus fuero *mihi aut pupillo* y *dari* 1, promiſſor ſine tutoris authoritate ſoluēdo pupillo, liberatur à me z.

Solutio facta uero procuratori, uel etiam adiecto ad solutionem recipiēdam, liberat ſolentem. Idem ſi ei qui ſemel fuit procurator, ſed posteà fuit reuocatus, ſi ſoluens ignorabat reuocationem:ſecus,ſi ſciebat.potest tamen data adiecto ex forma contractus,reuocari nō potest.Item facta ei,qui nunquam fuit procurator,adhuc liberat,ſi habet ratam per creditorem.& ad hoc ut non incitat in pœnam ille,qui derato promiſit, debet incontinenti ratam habere poſtquàm ſciuit eam factam : cum moderamine tamen, quod iudicis arbitrio relinquitur.Paulus.

XII. Vlpianus lib xxx.ad Sabinum.

VEro procuratori rectè ſoluitur. Verum autem accipere debemus eum, cui mandatum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Specialiter*.vt & infrà,eo.l.hoc iure.
b ¶ *Admin stratio*.& libera secundum quosdã,nõ aliàs:vt argu.ff. de procurato.l.procurator cui.& l.seq.& l.procurator. & l. mandato. & inſti.de rerũ diui.§.nihil.ſed tu dic ét nõ liberat:vt hic,& j.e. qui homin.é.§ ſi Titiũ .& l ſolutã.& ff.de cõdi.indeb. l. ſi p̃curator. in prin. & §. idẽ Labeo. verſ. Celſus.& ff.de pact. l. quia & ſolui.& j.de in iuriis.l.ſed ſi vnius. §. procuratorem. Sed an perſonis illis quæ ſine mandato agunt, ſolui poterit? Reſpon.nõ: vt j.iudi.ſol.l iij. §.ſed ſi forte ex liberis. In quibuſdam tamẽ caſibus exigitur ſpeciale mandatum:vt ff. de procu. l.Pomponius.Accur.
c ¶ *Non procuratori*. Argu. contra eos, qui dicunt adiectum teneri actione mandati: & dicunt mandatum interuenire etiam in abſentia, licet nõ p nuntium vel epiſtolam:qđ eſt contra naturam mãdati: vt ff. de procurato.l.j.& pro eis eſt ſuprà de verb. obliga. l. Iulia.§.j. Accurſius.
d ¶ *Cuius*. ſubaudi il li,cuius nomen ſtipulationi,&c. Accur.
e ¶ *Sed & ſi quis*. ſcilicet creditor.
f ¶ *Liberor*. ad hoc facit ff. de offi. præſi. l. ſi fortè.& inſtitu.mandã.§.idem ſi adhuc. & j.eo.l.cùm quis.§.j. & ibi plenius dices.& ſuprà, ad Macedo. ſi autem ſciente. Sed ar.cõtrã ff. de manu. vin. lege,ſi pater.
g ¶ *Mihi*. authori legis.
h ¶ *Non potuit ſtipulator*.niſi vt j.e.l. cùm quis. in princi. & l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.§.j. & facit j.e.l. aliud.& adiunge huic legi duas ſequentes. Accurſius.
i ¶ *Comparatur*. ad quod eſt ff. de vi & vi arm.l.j. §. ſed & cùm quis.& j.de reg.iur. l. hoc iure.§.j.& j.eo.ſolutã.& ff.de iudi. licet. Sed argu.contrà. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. Accurſius.
k ¶ *Atum. Dominus debet*.vt non committatur ſtipulatio ratam rem dominum habituram cõtra procuratorem,cui eſt ſolutum.& eſt ad hoc j. rem ra.ha.l quo enim.in prin.& ff. ad Macedo.l.ſi filiusfami.
l ¶ *Certior*. certus de pecunia ſoluta.
m ¶ *In legato*.neutraliter poteſt legi,vt ſi penum hæres non dederit decem dato?vt ſuprà,ad legem Falcidiã,l.j.§.item ſi talem. Itẽ aliud exemplum:vt ſuprà mandat.l.ſi hæreditatem.§ j. Et aliud vt ſuprà , de ſtatulibe. l. ſi peculium ſeruo.in fi. Item in maſculino genere legi poteſt, vt ſi potuit redire Titius legatus : vt ſuprà , quibus ex cauſſis maio l. ſi cui. in prin.& §.fina.& de iudicüs. lege ij. §. planè. & infrà, de re milit. qui commeatum.in princ.

Vòd ſi forte] CASVS. Debebam Titio decem : venis ad me, & dicis,Titius mandat tibi , quòd des mihi decem , quæ ei debes. ego dico offende literas ſuas ſiue procuratoriũ.tu reſpõdes : ego promitto tibi , q̃ ipſe habebit ratam ſolutionẽ : ſolue mihi audacter. dixi ſum cõtentus tibi ſoluere ſub tali cõditione, q̃ ſi Titius creditor meus non habeat ratum , quòd cõdicã à te iſtã pecuniã : & bene dixiſti, fiat. Titius creditor non habet ratam ſolutionem, certè ego potero condicere pecuniam iſtam à te.

vel ſpecialiter[a] , vel cui omnium negotiorum adminiſtratio[b] mandata eſt. Interdum tamen & non procuratori[c] rectè ſoluitur:vt putà ei, cuius[d] ſtipulationi nomen inſertum eſt:veluti[e] ſi quis ſtipuletur *ſibi aut Titio.*

Mandatum poteſt reuocari, ſed non facultas ſoluendi adiecto. Bart.

Si seruus.] CASVS. seruus meus exercitor nauis existẽs non mea voluntate, habet vicarium in naui, si datum est damnum alicui mercatori in naui, datur actio in factũ cõtra me: & siquidem vicarius dedit dãnum, teneor duntaxat de peculio. si autem seruus dedit damnum, tunc in æstima. damni, aut noxæ eum dedere. & si iste seruus efficiatur liber, adhuc teneor de peculio: & ipse factus liber tenebitur.

¶ *Interdum.*] Seruus meus fecit tibi furtũ, & ego manumisi eum ne teneat pro eo furti dicit q̃ adhuc teneor: & etiã ipse seruus: & si ego conueniar, liberatur fur. Fran. Accur.

d ¶ *Vulgaris.* id est, actio in factum ex illo edicto nau. cau. quæ oritur ex recepto: vt ff. de noxa. si in rem. §. fi. prout est ibi aut. & ff. de exer. l. si seruus. & ff. nau. cau. l. iij. §. itẽ si seruus. formula autem dicitur propter id qđ habes ff. de orig. iur. l. j. §. omnii. quod hodie est sublatum: vt C. de formulis. Accur.

e ¶ *Alter.* vicarius qui erat in cura nauis. vel forte extraneus, & sine voluntate exercentis: vt ff. d. l. si in rem. in fin. Azo.

f ¶ *Quod ipse exercitor.* seruus dedit annum: & supple in litis æstimationem damnetur, aut &c. nec dicas non dari de peculio, cùm detur ex delicto: vt ff. de peculio: vt ff. nau. cau. l. licet. etiam si dominus prohibuit: vt ff. de pecul. si quis seruum. §. etiam. sed noxalis ex delicto. Accur.

g ¶ *Adiciatur.* scilicet in sententia condemnatoria.

h ¶ *In peculium.* propriè, vbi dicimus agi ex contractu. si autem agetur actione in factum ex quasi malificio, liberaretur dando de peculio vicarium ad noxam: vt d. l. si in rem. §. fi. prout est ibi litera ad no xam. Accursius.

i ¶ *Annum.* vt ff. quando act. de peculio est anna. l. j.

k ¶ *Ideo manumisus fit.* & ita dolo defuit habere: vt & ff. de noxa. l. j. de illo. Accur.

l ¶ *Liberari.* vt & ff. de noxa. l. electio. in princ. non enim sæpius, &c. vt ff. nau. cau. l. licet. in fine.

Falsus.] CASVS. Rem quam non debebam, tibi scienter acci pienti soluis, facis furtum. ¶ *Falsus.*] Falsus procurator accipiendo pecuniã facit furtum. hoc est verum si debitor eo animo soluit falso procuratori, vt falsus procurator portaret hãc pecuniam ad creditorem: & non portauit. si autem eo animo soluit, vt numi fiant procuratoris, credẽs eum procuratorem in rem suam: tunc licet non domino, non tamen facit furtum. ¶ *Sed & si is.*] Cùm indebitum sibi fuerit soluere, tu delegasti me quod alij soluerẽ: & solui. quæritur an tenearis furti? & distinguitur. nam aut solui te præsente: & tunc teneris aut te absente: & tunc non teneris. ¶ *Si quis.*] Verebas à me vt mutuarem tibi decem, & mutuaui, dicendo quòd eas locupletes, vel te velle dare fideiussores, vel te cõfectũ mihi solutũ pecuniam, & mentitus es, quæritur an tenearis furti? & dicitur quod non, sed de dolo teneris si alia actio non competat.

¶ *Qui alienum.*] Librum alienum iacentẽ in terra accepi animo furandi dicitur q̃ facio furtum, licet nesciem cuius sit: nisi dominus rei habuerit eũ pro derelicto. nã tunc non facio furtũ. Idem si putaui quòd dominus habuit eum pro derelicto: licet ita nõ sit. Sed potes quod inueni rem alienã iacentẽ in terra: & accepi non animo lucrandi. volebam enim reddere domino rei si inuenirem eum: dicitur quòd non facio furtũ: & quicunque qui sic inueniunt, faciant scripturam in qua contineatur, notum fit omnibus quòd ego talis inueni sic & hic. & reddã ei qui peter. & hãc scripturã ponant in ali quo loco vt possit legi, & hæc sunt vera etiam si petat aliquod pretiũ nomine inuentionis. nam propter. hoc fur non est. *1 Flo. sient.*

¶ *Si quis sponte.*] Rẽ à domino habitam pro derelicto, accepi, non teneor furti: siue sciebam eam habitam pro derelicto, siue ignorabam.

¶ *Si iactum.*] Rem iactam de naui accepi. quæritur an teneat furtũ? & distinguitur. nam aut dominus deiiciens habuit eam pro derelicto: & tunc nõ teneor. aut non: & tunc si animo furandi teneo, teneor furti, aliàs non: sed semper reddere debeo eius domino. sed si putans simpliciter rem factam accepi, non teneor furti. *1 Fl. Si is qui. 3 Flo. fecit.*

¶ *Etiam.*] Surripui tibi seruum: & sic teneor furti, tandem emi à te partem huius serui, extinguitur actio furti, etiam in alia parte. secus si vsumfruct. huius serui cœpi habere. nam propter hoc non extinguitur actio furti. Franc. *4 Manuleri se collaturum.*

m ¶ *Nec numi.* videtur enim sub quadam conditione solutum, hac scilicet, si creditor est. argumen. supra, de acquirenda possessio. si me in vacuam. Sed argumen. contrà supra, de acquirenda possessione. quod meo. §. primo. vel melius secundum Azo. hoc est cum debitor labitur in persona, vt quia filiũ credebat esse creditoris eum cui soluit, quia & hoc ipse asserebat: vt infrà eodẽ. si quis vxori. §. cum Titio. Si verò non labitur, transfertur dominii, sed repetit cõfidictione indebiti. & facit suprà de condictio. furti. l. quoniam. & pro suo. l. hominem. in fine.

n ¶ *Vera sit.* sed si rata sit habita solutio, cessat actio furti: vt ff. eo. l. si vendidero. §. si Titius. Accursius.

o ¶ *Manent.* hîc est contrà ff. de dona. l. qui mihi. Sol. vt ibi.

p ¶ *Procuratoris fiant.* putans eum procuratorẽ in rem suam factũ, vel aliter volui in eum transferre dominium, & ipse debebat facere contentum creditor em. Accursius.

q ¶ *Furtum facere.* sed habet locum condictio indebiti, vt C. de cond. indebiti. l. creditoris. nisi creditor habeat ratum, vt d. l. si vendidero. §. si Titius. & de hoc plenè dixi. C. eo. d. falsus. in gestore habes ff. de nego. gest. si ego. & facit ff. de noxa. quemadmodum. in fine. Item contrà ff. pro empto. l. ij. §. ij. vt ibi.

r ¶ *Accipiebat.* sciens.

s ¶ *Soluendum.* vt suprà eodem titul. si quis quid perferendum. Accursius.

t ¶ *Furtum facit.* quia breui manu &c. vt ff. de donat. caussa mortis. l. quod si ita. tuliber. & ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. ij. §. fin. & si certum petat. l. singularia. & ff. de verb. oblig. si procuratori præsentis. Accursius.

v ¶ *Mentitus.* vt superiori §. vel dic non dicendo se esse alium quàm sit, vt j. eo. si is qui. §. si tu Titium.

x ¶ *Locupletem.* vt facilius credatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Non tenetur.* contrà j. eod. l. si quis vxori. §. cum Titio. sol. vt ibi, secus si non in essentia, sed in conditione personæ: vt j. eod. si quis vxo. §. sernus qui se.

b ¶ *Actio.* sed nonne semper condictio certi? Resp. non dicit de illa: quia hæc illâ nõ excludit: vt cõ dictione indebiti: vt 3. de dolo. l. legatarius. Sed nõne certi cõdictio specialis ex mutuo datur? Resp. potest esse q; non: vt quia filiusfamilias fuit qui dixit se in rem patris versurũ vel erat seruus cum accepit versurus in rem dñi: nec vertit: nec est liber. & facit 3. de dolo. l. & eleganter. in fi. & l. seq. non placet vt dicas q; non sit soluendo, cùm nec de dolo tunc esset vtilis.

c ¶ *Ignoret.* .. Sic C. vnde vi. & fin. ibi, omnes autem &c.

d ¶ *Fiat.* vt j. tit. ij. l. j. §. Scæuola. & j. §. si quis sponte.

e ¶ *Desinere.* vt & 3. de noxa. quemadmodum. §. j. & 3. pro derelicto. l. ij. & facit insti. de rerum diui. §. fin. & j. de inceu. rui. nau. l. iij. in prin ibi no. & l. si quis. & 3. de acquirend. possess. l. interdum. &c.

f ¶ *Neque putauit.* s. ille qui accepit.

g ¶ *Non tenetur furti.* quia non fuit animus.

h ¶ *Videamus.* scilicet plenius prædictam responsionem.

i ¶ *Plerique etiã hoc.* id est, plerique hoc faciunt. Sed quid fi simpliciter deiectum credidit? Resp. non tenetur furti: vt j. ea. l. §. fi iactum. in fi.

k ¶ *Menytra dicunt.* græcum est: cuius interpretatio a est prætium inuentionis petat. per Lóbardam autem ante iudicé debet portare: vt in titu. de fugacibus, l. si quis autem. Azo. Accur.

l ¶ *Iecit.* facit 3. ea. l. §. qui alienum. Azo.

m ¶ *Plerumque.* Imò in dubio præsumitur quòd non: vt infra. de rerum diui. §. fi. & 3. de acquir. rer. do. qua ratione. §. fina. & 3. ad leg. Rho. l. qui leuandæ. & l. ij. §. fi. sed hîc proiecit sic, vt sit verisimile pro derelicto haberi, vt librum apertum. & facit C. pro derelicto. l. si quis merces. & de acqu. possess. interdum. Accur.

n ¶ *Animo.* scilicet accepit. Accur.

o ¶ *Extinguatur actio.* quia deuenit in eum casum à quo incipere non potest, & facto meo, aliàs secus. vt suprà de condictio. furti. l. & ideo. & suprà, de iis, qui sunt sui vel alien. iuris. l. patre. vbi de hoc dixi. Accur.

p ¶ *Non poterat.* vt & 3. de noxa. l. cùm seruus.

q ¶ *Non est.* quò ad hoc, sed quò ad quædam. sic 3. de bonis author. iudi. possiden. l. in venditore. quæ est cõtrà. & de hoc dixi j. de verb. sig. l. rectè. Accurſius.

Iussu. CASVS. Quidam dicens se meum procuratorẽ cùm nõ esset, iuit ad debitorẽ meum, & petiit quod mihi debebatur. debitor cùm nõ haberet pecuniã præ manibus, dixit debitori suo vt mihi daret: & dedit eo præsente: dicitur q; procurator meus tenetur furti.

¶ *Si rem.*] Rem meam credens tuam, tibi tradidi: & tu bene sciebas meam & accepisti. i. ieneris furti.

¶ *Si seruus.*] Seruus hæreditarius rem hæredis furripuit, tenetur furti hæredi nunc liber factus. Franc. Accur.

6 ¶ Si iactum ex naue factum aliquis [7] tulerit, an furti teneat? quæstio in eo est, an pro derelicto habitum sit. Et si quidẽ derelinquẽdi [8] animo iactauit, quod plerunque [m] credendum est, cùm sciat peritурum, qui inuenit suum fecit: nec furti tenetur. Si verò non hoc animo [n], sed eo [9], vt si saluum fuerit, haberet: ei qui inuenit, auferendũ est, & si scit hoc qui inuenit, & animo furandi tenet, furti tenetur. enimuero si hoc animo vt saluum faceret domino, furti non tenetur. quòd si putans simpliciter iactatũ, furti similiter non tenetur. ¶ Etiã si partis dimidiæ nanciscar dominiũ in seruo qui mihi anteà furtũ fecerat, magis est vt extinguatur actio [o], etiam parte redẽpta: quia etsi ab initio quis partem in seruo habebat, furti agere nõ poterat [p]. Planè si vsusfructus meus in eo seruo esse cœperit, dicendum est, furti actionẽ non extingui: quia fructuarius dominus non est [q].

XL. Pomponius lib. xix. ad Sabinum.

Si iussu debitoris ab alio [r] falsùs creditoris procurator accepit [s], debitori iste tenetur furti, & numi debitoris erunt.

1 ¶ Si rem meam quasi tuam tibi tradidero scienti [t] meam esse, magis est furtum te facere, si lucrandi animo id feceris.

2 ¶ Si seruus hæreditarius nondũ adita hæreditate furtum hæredi [v] fecerit, qui testamẽto domini manumissus est, furti actio aduersus eũ cõpetit: quia nullo tempore [x] hæres domin⁹ eius factus est. (qđ [y] euenit, & si alij fuit legatus.)

XLVI. Vlpianus lib. xlj. ad Sabinum.

Si socius, communis rei furtum fecerit, potest enim cõmunis rei furtum facere, indubitatè dicendum est furti actionem competere [z].

Actio noxalis non extinguitur, licet ex postfacto desinat esse. Bart.

XLVII. Idem lib. xlij. ad Sabinum.

Nter omnes [2] constat, etiam si [3] extincta res sit furtiua, attamen [4] res communis duorum surrepta est à tertio: ambobus dominis competit act. furti, & si vnus eorum agat, non tollitur actio alteri⁹. Item proprietario potest dari actio furti contra fructuarium, si fructuarius contrectet rem in qua habet vsumfructum.

¶ *Rectè.*] Rem tuam accepi, credens de tua voluntate facere, cùm nõ esset verum: non facio furtum: sed si credidi contra tuam voluntatem facere, cùm non esset verum, fur fum, non tamen teneor furti.

¶ *Si furtiua.*] Surripui tibi rẽ, & eam tibi credidi, iterum eam surripui. dicitur quòd teneor actio furti alia quàm prius. Fran. Accur.

2 ¶ *Inter omnes.* vt j. eo. l. in furti. §. j. & 3. de actio. & obli. l. quæcunque. & 3. fami. ercisc. l. in iudicio. in fin. & arg. j. de aqua quotid. & actu. l. j. §. præterea illud. & C. de fur. l. subtracto.

Quo ad

3 ¶ *Quo ad subtrahendum.* Item & quo ad actionem de peculio annalem. vt 3. quando actio de pecul. & tra. l. j. & quo ad deductionem quæ fit de peculio vtriusque. vt 3. de pecu. l. sed & si damnũ §. idẽm que est & si legatus. & §. certè. Itẽ & quo ad id quod habes 3. de solu. si mihi alienum. sed quo ad condictionem furtiuam non est similis: cùm manumissio extinguat eam, sed non mors: vt j. proxi. & 3. de act. & oblig. l. quæcunque. Item nec quo ad redhibitionem: vt 3. de ædil. edic. l. si homĩem.

b ¶ *Absuit.* si habes per ad, dic beneficio, i. maleficio. sic ponitur C. de inoffi. testa. l. fratres. & sic nõ adfuit sed absuit. si verò habes, absuit per b, tunc beneficio propriè ponitur. q. d. sed maleficio. sed cõtrà est j. e. fallo si actione. in prin. & §. j. Sol. hîc agitur ratione dominij: vel quia aliquid sibi abfuit de suo, sed ibi quia alij tenebatur.

c ¶ *Hoc idem.* s. vt condictio perseueret etiã re extincta: vt 3. de act. & obli. l. quæcunque. & 3. de condi. furt. l. in re furti. Sed contrà 3. de condi. fur. l. si seruus. vbi dicit eam extingui si interesse desinat. Sol. vt ibi. Accur.

d ¶ *Hoc idem.* s. vt condictio duret.

e ¶ *Furti.* s. actione, & non cõdictio. quia suo facto dominus esse de sinit: vt 3. de cõdi. fur. l. & ideo. & d. l. quæcunque. in fi. Accur.

f ¶ *Aget de fructibus.* vt 3. de vsucap. l. si homo. & de vsufru. l. si fur.

g ¶ *Hoc amplius etiam debitor.* & ita pluribus: vt 3. e. itaque. §. sed & si res. & arg. j. de iniur. l. j. in fi. Sed arg. contrà. j. arbo. fur. ce. l. si plures. Et dic q; dicitur actio inter creditorem & debitorẽ cùm fine culpa creditoris est factum: quia tunc domini interest, sed si culpa, tunc soli creditori competit: nec est per hoc melior conditio creditoris, cùm culpam commisit: quia totũ quod vltra debitum percepit, debitori reddit: vt 3. eod. l. eum. §. idem scribit. & l. creditoris.

h ¶ *Plus valeat.* quia in eo sua interest. in residuo agit creditor: quia ex quo à fure percipiet, iã à debitore nil petet: vt hic, & arg. j. ad legem Aquil. qui occidit. §. j.

i ¶ *Decideritis.* id est transactione compositurit.

k ¶ *Potest iudicio.* vt & 3. de vsucap. l. si cuius. §. ij. Accur.

l ¶ *Non esse furem.* vt insti. eo. §. placuit. & j. eo. l. qui rem.

m ¶ *Facere sciuit.* vt & 3. de condictio. ob causſam. l. cùm seruus. in fine.

n ¶ *Et ait Pomponius* & malè, secundum Azo. & H.

o ¶ *Verum tamen est.* id est verius. & corrigit dictum Põponij. esset enim contra regulam communem, vt quis iubente domino faciat furtum: vt in princip. huius §. & j. eo. l. qui vas. §. qui ex voluntate. nisi in casu: vt C. de furt. si quis. sed quidam dicunt Pompon. in prædicto casu specialiter loqui. & quod subiicit, generaliter dicat fieri furtum: quod non placet. & pro prima facit j. de incend. rui. nau. l. §. si suspicio. vel verius dic fit furtum: sed non agitur furti: vt & aliàs 3. eod. serui, & filij, in prin. Sed quid in dubio præsumetur? Responde eum inuitum: nisi indicia probent contrà: vt j. eo. qui vas. §. vetare. Itẽ nõne dicet semper quod credidit eum velle, vt sic non teneatur? sit respõ. Considerabimus quid debeat credere quantũ ad hoc vt alia actione teneatur: sed non furti: vt j. eo. l. qui re.

p ¶ *Contrectatio est.* ab eodem, vel ab alio. secus in creditore: vt 3. eod. l. eum qui. §. idem scribit. & facit j. e. interdum. in princ. & j. de verb. signific. l. mulieris. §. penult.

Dominium.] CASVS. Rem tuam furripuit: tãdem tu dominus decessisti: & hanc rẽ legati. actio facti datur nouo domino s legatario. idem in similibus nouis dominis Franc.

q ¶ *Mutatus sit.* vniuersali vel singulari titu. Accur.

r ¶ *Domino.* nouo, & ex noua contrectatione: & sic sunt quatuor bona sequentia exempla: & quocunque alio modo transferatur. vt & j. eo. si is qui. §. j. & j. eo. interdum. sed in tribus primis aget nouus dominus etiam ex veteri. & sic pro eadẽ re habet duas actiones furti: vt 3. eo. si quis cũ. §. j. nec obst. 3. eod. ei, qui. quia illud quando dominiũ nõ mutatur. quod ergo facit quando redit ad dominum: vt 3. l. proxi. in fin. hoc facit hîc dominij mutatio. Item sicut hæres suus noua cõditione & noua actione furti tenetur si contrectet: sic & nouo domino rei noua datur actio: vt & 3. de cõdi. fur. si pro fure. §. fi. alij dicũt vt R. domino nouo ex veteri cõtrectatione: quod non placet: quia in legatario & similibus est falsum: vt j. eo. si is. §. j. Tertij dicũt domino veteri & ex veteri contrectatione: quod est contra mentem huius legis: vt patet in exemplis.

s ¶ *Patri adoptiuo.* id est arrogantiquia ipse est vniuersalis successor: licet viuentis: vt insti. de acquisi. per arrones quæ eis competunt, vt si quis eorum pro fure damnum dederit, dici oporteat solummodò actionem sibi competentẽ amisisse eũ, cæteris verò superesse. Nam & si proponas communẽ seruũ esse surreptũ, & alium ex dominis pro fure damnum decidisse, is qui non decidit, habet furti actionẽ. Proprietarius quoque agere aduersus fructuarium potest iudicio furti, si quid celandæ proprietatis, vel supprimendæ causſa fecit.

In delictis licet allegare ignorantiam ad commodum ignorantis, nõ ad incommodum. Bart.

4 ¶ Rectè dictum est, Qui putauit se domini voluntate rẽ attingere, non esse furem. .. Quid enim dolo fecit, qui putauit dominũ cõcessurum fuisse: siue falsò id, siue verè putet? Is ergo solus fur est, qui contrectauit, quod inuito domino se facere sciuit.

5 ¶ Per contrariũ quæritur, si ego me inuito domino facere putarẽ, cũ dominus vellet, an furti actio sit? Et ait Pomponius, furtũ me facere. Verum tamen esto, vt cũ ego velim eum vti, licet ignoret, ne furti sit obligatus.

6 ¶ Si furtiua res ad dominum rediit, & iterũ contrectata est, cõpetit alia furti actio.

Interuentu noui dominij ædibus contrectatione nascitur actio furti. Bart.

XLVIII. Paulus libro ix. ad Sabinum.

Si dominiũ rei surreptæ quacunq; ratione mutatũ sit, domino furti actio cõpetit: veluti hæredi, & bonorũ possessori, & patri adoptiuo, & legatario.

Licet dominus rem recuperauerit, nihilominus fur ad pœnam furti siue manifesti, siue non manifesti tenetur. Bart.

XLIX. Vlpianus lib. xlij. ad Sabinum.

Qui vas argenteum perdiderat, eo nomine furti agebat, de pondere vasis comstf. nouum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere donec ira domini recessisset, & non animo celādi vel lucrādi, & tunc non sum fur: secus si animo furandi recepi eum. nā tunc fur sum. Deinde exponit verbum suprà positum, s. vetare: & dicitur, ꝙ vetare dicitur eo ipso quòd nō expresse cōsentit quòd seruum suum recipiā.

¶ *Si ego.*] Locaui fulloni vestimenta mea ad fulliendum siue polien-

3 Fl. v. deest, vsi.

dū. hic fullo me ignorante vel inuito commodauit hæc vestimenta Titio: & Titio hæc vestimenta surrepta sunt. dicit quòd mihi cōpetit actio furti cōtra te: quia non debueras ea cōmodare: & tibi etiā datur actio furti contra furē: cùm vestimenta ista debueris custodire. & hīc est casus quo fur furti agit.

¶ *Si ancilla.*] Ancillā surripuisti. hæc ancilla tempore furti erat prægnans, vel cōcepit penes furē, siue penes bonæ fi. possessorē. secus si cōcepisset, & pareret penes bonæ fidei possessorem. nā hoc casu partus nō est furtiuus, & vsucapi potest. Et quod dixi in ancilla & partu, idem in pecudibus obserua: & de hoc dic vt in gl. Cō sequenter dicit, Equa surrepta penes bonæ fidei pol. cōcepit. ir. dicitur quòd partus est effectus bonæ fidei possessoris. secus esset in partu ancillæ: quia nō numeratur in fructu.

4 Fl. deest, cō-

5 Fl. recepit, quam neque,

6 Fl. fur si celauit.

¶ *Cùm fur.*] Fur rem meā surripuit, & eandem vendidit. numos quos inde habebat, de manu eius abstuli. dicitur ꝙ facio furtum: quia hi numi redacti ex re furtiua, non erant per hoc furtiui. Franc.

7 Flor. polien dum vestimentum.

8 aliàs, aduersus te nihilominus, quia nihil deb.

9 Flo. ista erit casus.

a ¶ *Diceret.* spōtè: vt suprà eodem, l. in actione. in princ.

b ¶ *Rectissimè* imò malè. quia ius suū amittit: vt suprà quod met. cauſ. l. exrat. & C. vnde vi. si quis in tātam. quæ sunt contrà. Sol. hic fur domino dedit vt sciretur quantum esset pondus, secundum Rog. ibi ab inuito abstulit. & sic expone hic abstulit, id est accepit. sic suprà, de peti. hære. l. postquàm. & de lega. j. duobus. & de leg. ij. Mæuius. §. eum. vel hic fuit ante edictum & ante constitutionem, si quis in tantam. vel hic per iudicem accepit. vel verius hic dicitur de act. furti non admittenda: contra quam non est delictum factum, cùm ad meram pœnam detur: vt hīc subiicit, & C. eo. ancillæ. Fran. Accur.

c ¶ *Non tenetur.* vt & ℨ. de ser. fugi. l. j. in princ. & facit. ℨ. de incens. nau. l. iij. §. non solùm. & C. de transac. l. sub prætextu. §. fanè. & ℨ. de condi. ob tur. cau. l. idem. §. fi.

d ¶ *Dici potest.* nullus: vt ℨ. eo. l. inter omnes. §. penul.

e ¶ *Non celandi.* sed donec ira domini cessaret: vt & ℨ. de ædil. edi. l. quis sit fugitiuus. §. fin autem.

f ¶ *Sed si celauerit.* dolo, & animo lucrandi, quinetiam lege Flauia tenetur: vt ℨ. ad l. Flauiam de pla. l. & non statim. §. fi.

g ¶ *Nec celauit.* dolo, vt ℨ. de ser. cor. l. doli.

h ¶ *Vetare.* exponit verbum verare quod suprà posuit.

i ¶ *Ignorat.* qui non consentit, dissentit, vt pro hoc & contra hoc dixit ℨ. de pro eurat. l. filiusfami'. §. inuitus. & potes dicere quòd vbi tacitus sufficit consensus, sufficit præsentia, aliàs nō, vel quoties lex vetat, vel prohibet aliquid, & certo modo illud fieri concedit, obtinetur quod hīc dicit cum suis concordantiis, aliàs contrà. vel dic vt dicto §. inuitus.

k ¶ *Quia custodia*, bona ratio, vt & ℨ. eo. itaque. & ℨ. eod. l. fullo vel sarcinator. in fine. Accursius.

trouersia cùm esset, & actor vas[3] maius fuisse diceret [a], fur vas protulit, id is cuius erat, abstulit ei qui fur ripuerat. dupli nihilominus cō demnatus est: & [4] rectissimè [b] iudicatum est. nam in actionem pœnalem nō venit ipsa res, quæ surrepta est siue manifesti furti, siue nec manifesti agatur.

1 ¶ Qui furem nouit, sine indicet eum, siue non indicet, fur non est cùm multum interfit, furem quis celet, an non indicet. Qui nouit, furti non tenetur [c]: qui celat, hoc ipso tenetur.

2 ¶ Qui ex voluntate domini seruum recipit [5], quòd neq; fur, neque plagiarius fit, plusquàm manifestum est. Quis enim voluntatem domini habens, fur dici potest [d]? Quòd si dominus vetuit: & ille suscepit, si quidem non celandi [e] animo, non est fur: sed [6] si celauerit [f], tunc esse incipit fur. Qui igitur suscepit, nec celauit [g], erii inuito domino fur non est. ¶ Vetare [h] autem dominum accipimus etiā eū qui ignorat [i], hoc est, eum qui nō consentit.

3 ¶ Si ego tibi polienda [7] vestimēta locauero, tu verò inscio, aut inuito me commodaueris Titio, & Titio furtum factum sit, & tibi cō petit furti actio, quia custodia [k] rei ad te pertinet: & mihi aduersus te [8]: quia non debueras rem commodare, & id faciendo furtum ad miseris! & [9] hic est casus quo fur furti agere potest.

4 ¶ Si ancilla surripiatur prægnans, vel apud furem conceperit, partus furtiuus est [m]: siue apud furem edatur, siue apud bonæ fidei possessorem. Sed in hoc posteriore casu furti actio cessat. sed si concepit apud bonæ fidei possessorem, ibique pepererit [10], cueniet vt partus furtiuus non sit: verumetiam vsucapi possit [o].

¶ Idem & in pecudibus [p] obseruandum est, & in fœtu earum [11], quod in partu.

5 ¶ Ex furtiuis equis nati [q] statim ad bonæ fidei emptorem pertinebūt, & [12] meritò, quia & in fructu [r] numerantur: at partus ancillæ non numeratur in fructu.

Pretium redactum ex re furtiua, non est furtiuum: ideo dominus rei furtiuæ uenditæ id auferens, furtum committit. Bart.

6 ¶ Cùm fur rem furtiuam vendidisset, ei numos pretij dominus rei per vim extorsit. furtum numorum eorum fecisse rectè respōsum est. Idem etiam vi bonorum raptorū actione tenebitur. Quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuum non esse nemini dubium est. Numus igitur hic qui redactus est ex pretio rei furtiuæ, non est furtiuus [s].

Creditor non habet actionem furti pro re debitoris surreptā, si ei non fuit obligata, licet eius interfit. Bart.

L. Caius lib. x. ad Edictum Prouinciale.

INterdum accidit vt nō habeat furti actionem is cuius interest rem saluā esse: vt ecce creditor ob rem debitoris surreptam furt: agere non potest, etsi aliunde creditū seruare non possit. Loquimur autem scilicet de eare, quæ pignoris iure obligata non sit. ¶ Item rei dotalis [t] nomine quæ periclam. l ¶ *Admiseris.* vt & ℨ. eo. l. Fullo vel sarcinator. in princ.

m ¶ *Casus quo fur.* scilicet cùm quis facit furtū eius rei cuius custodiam præstare debet. non enim ad solum fullonem referendū est. Rogge. & sic non obstat ℨ. eodem, l. eum. §. is apud quem. ibi depositarius non debet custodiam. V. el dic vt ibi solui. sed obstat. ℨ. eod. cum. §. idem Pompon. contrà. Sed dic vt ibi. item obst. suprà, nau. cau. stabu. l. sed ipsi. contrà. sed & ibi de iure communi de custodia non tenetur: sed de dolo tantū, vt depositarius: sed tenetur specialiter ex illo edicto. vnde quantum ad actionem furti denegandam ius commune inspicitur, vt ei non detur sicut nec de positario. vel solue vt dixi ℨ. eo. l. eū. §. is autem apud.

n ¶ *Furtiuus est.* his duobus casibus: vbicunque pariat: vt subiicit. & sic habetur pro nato. & sic suprà, de statu homin. l. qui in vtero. & quæ in fraudem credit. l. fi. §. Proculus.

o ¶ *Vsucapi possit.* vt C. de vsusca. pro empt. l. fi marrem. & suprà, de vsucap. l. non solū. in princip. hoc tamen cum distinctione accipe: vt not. in distinctione. C. eodem. ancillæ. Itē secus hic in pecude, quia statim fiebat fœtus bonæ fidei possess. vt infrà eadem. l. §. ex furtiuis. & ideo cessaret vsucapio: vt ℨ. de vsucap. sequitur. §. lana.

p ¶ *Idem & in pecudibus.* scilicet vt pecudes prægnātes surreptæ, vel apud furem prægnante effecta, sit fœtus furtiuus: & ideo nec vsucapi possit etiā apud bonæ fidei possess. & sic corrigitur quod est suprà, de vsucap. l. fi aliena. §. fin. vbi dicit conceptum fœtum apud furem, & editum apud bonæ fidei possess. posse vsucapi. vel ibi fuit apud hæredem furis conceptus, non apud furem. nō autem ad superiorem proximum casum refertur idem: vt ibi modò dixi.

q ¶ *Ex furtiuis nati.* & concepti apud bonæ fidei possess. vt suprà proxi. reipon. & sic etiam intellige suprà, de acquir. rer. domin. bonæ fidei. §. fi.

r ¶ *In fructu.* vt insti. de rerum diui. §. in pecudum.

s ¶ *Non est furtiuus.* vt & ℨ. de noxa. quemadmodum. §. fina. & arg. ℨ. qui po. in pign. hab. idémque. §. fina. & ℨ. eod. si quis vxori. §. si Titius. Sed ar. contrà. ℨ. de iur. do. l. res. & de hoc dixi ℨ. de peti. hære. fi & rem & pretium. Accur.

ADDITIO. Dic secundum Bart. hic quòd in vniuersalibus iudiciis pretium succedit loco rei: sicut in petitione hæreditatis, & in fideicommissis vniuersalibus: vt l. fi & rem & pretiū. (quod & nota.) & de peti. hæred. & l. Imperator. §. fina. cum l. seq. ℨ. de lega. j. sed dos est quoddā vniuersale, sicut hæreditas, peculium, & similia, vt l. quod dicitur. ℨ. de impen. & ibi no. per eundem Bart. ℨ. sol. matr. super rubr.

20 *Interdum.*] CASVS. Aliquando euenit quòd interest mea furtum non fore factum: & tamen non habeo actio. furti: vt si rem debitoris mei nō mihi obligatam surripuisti: & nihil aliud habes, vnde possis mihi satisfacere. nam non teneris mihi act. furti. Idem in re dotali inæstimata quæ surrepta est viro. nam vir habet act. furti, non mulier: licet eius interfit furtum non esse factum. Franc.

t ¶ *Dotalis.* inæstimata: vt C. de rei vxo. act. §. cùm & lex. & facit ad l. illam ℨ. eo. l. cuius. & quod ibi nota.

In furti

IN furti actione.] CASVS. In act. furti venit duplum vel quadruplum pretij rei: non autem interesse singulare duplicabitur vel quadruplicabitur. Secundò dicit: actio furti durat etiā re surrepta extincta. Tertiò dicit: tēpore furti facti res surrepta valebat xx. potest cœpit valere minus: vel econtrà. dicitur quòd inspicitur æstimatio illius temporis quo plus valebat.

¶ *Ope.*] Opē & consilium præbuit vt res tuæ furarentur, dī q; teneor furti siue idcirco præbui opem, vt socij mei furarentur: siue vt quicunque alij. & hoc est verū si ego præbeo opē dolo malo: sicut nec furtum sine dolo malo esse pōt. Tandem exponit q; dicatur dare cōsilium, itē q; dicatur dare opē. ¶ *Cū eo.*] Pannū rubeū ostendi ouibus tuis, & sic eas fugaui: & surreptæ sunt. dē quòd si hoc feci dolo malo vt surriperentur, teneor furti, aliàs non furti, sed in factum act. debet dari. sed si oues timore ductæ sunt præcipitatæ, & sic mortuæ: teneor vtili Aqui. & hoc dicit hic. §. cum l. seq. Franc.

a ¶ *Non quod interest.* scilicet singulariter subaudi. & sic non obstat ℨ. eodē. si quid fur. §. qui lancē & l. qui tabulas. vel subaudi hīc tantū. & sic in electione sua est quod velit duplari vel quadruplari. & hęc prima placet. venit ergo duplandum omne quod per condictionem est simplandum: quod multa continet: vt hæc l. subiicit. & ℨ. eo. si quis vxori. §. pe. & l. §. si quis nō. & ℨ. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. & hoc secūdum Ioan. & Mar. sed H. dicit, interesse extra rem non duplari: vt ℨ. vi bo. rap. l. ij. §. in hac. sed ℨ. rem sic: vt d. l. inficiando. §. j. & §. infans. quis vxori. §. fi. & super ea veniunt quæ modò dixi, & hoc cùm agit ture dominij: aliàs non: quia interesse illud duplatur vel quadruplatur: vt ℨ. eo. si vendidero. §. cùm autem. Accur.

b ¶ *Facienda est.* vt & ℨ. eod. l. inter omnes. in princip. & C. de fur. l. subtracto.

c ¶ *Pretiosior.* vt & ℨ. e. l. inficiādo. §. infans. & ℨ. de condi. furt. l. in re furtiua. & ℨ. rerum amota. l. penult.

d ¶ *Verius est.* augetur ergo pœna: sed nō geminatur, vt ℨ. eo. l. ei qui.

e ¶ *Factum.* id est consilium præstitum vel opem. Accur.

f ¶ *Inimicitiarum.* postea secuto furto: vt ℨ. eod. l. qui seruo. §. idem Papo. Sed contrà. ℨ. e. l. qui iniuriæ. in prin. Sol. hic nō supposuit, s. cerum sed aliquos sciebat accipere. & sic etiam soluitur instit. eo. §. fed & si per lasciuiam. arg. ℨ. eo. l. si quis vxori. §. fi quis de manu. Accur.

g ¶ *Posse.* vt teneatur furti. in factum tamen tenetur: vt instit. eo. §. fed & si per lasciuiam.

h ¶ *Præbet.* vt ℨ. eo. l. fi pignore. §. pen. An autem de quolibet separatim intelligatur, dic vt ℨ. de verb. sign. l. sæpe. §. fi.

i ¶ *Cum eo.* ad hūc §. & l. seq. cōcor. instit. e. §. interdū. & ℨ. ad l. Aquil. §. cæterum. itē si obstetrix. §. fi seruū. & l. si boues. & instit. ad l. Aquil. §. cæterum.

k ¶ *Vt Ope. consilio fuo.*

1 ¶ Ope & consilio furtum factum Celsus ait, non solùm si idcirco fuerit factū [e], vt socij furarentur: sed & si non vt socij furarentur, inimicitiarum [f] tamen causa fecerit. ¶ Rectè tamen Pedius ait, sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec cōsilium vel opem ferre sine dolo malo posse [h]. Consiliū autem dare videtur, qui persuadet & impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum. Opem fert, qui ministerium atque adiutorium ad furripiendas res præbet [i].

2 ¶ Cum eo [k], qui pannum rubrum [l] ostendit, fugauitque pecus, vt in fures incideret, si quidem dolo malo fecit, furti actio est. Sed & si non furti faciēdi causa hoc fecit, non debet impunitus esse lusus tam pernicios. Idcirco Labeo scribit in factum dandam actionem.

1 Vt Opē. consilio.

2 Fl. eandem rem.

3 Hodie tenet.

10 aliàs pretiosior.

11 Vide eum.

12 Fl. partus sunt, meritò quia ex fructu.

LII. Gaius lib. xiij. ad Edictum prouinciale.

NAm & si [1] præcipitata sint pecora, vtilis actio damni iniuriæ, quasi ex lege Aquilia dabitur.

1 Fl. & opre cipitata.

LIII. Vlpianus lib. xxvij. ad Edictum.

SI quis [1] vxori res mariti subtrahenti opem cōsiliúmve accendit & condict. furtiua nomine massæ vel poculorum. Idē & ā furti puit mihi vuas, & de his fecit vinū, & habet vinacea. ¶ *Seruus qui se.*] Seruus dixit se liberū, ad hoc vt inueniret mutuantē. & inuenit, dicitur quòd non est fur: & redditur ratio. idē de filio si se sui iuris dixit. ¶ *Iuli.*] Tradidi tibi pecuniā vt eā soluas creditori meo nomine. tu ei dedisti nomine tuo, cū & eius esses debitor. dicitur ꝙ furti facis. ¶ *Si Titius.*] Rem alienam vendidisti, nō diceris numorum quos inde habes, furtum fecisse.

¶ *Si duobus.*] Duo erant socij omniū bonor. vnus eorū mutuauit pecuniā cuidam scholari habito pignore: quod pignus ei surreptū est, dī ꝙ ille tantum aget furti cui erat obligatum, non autē eius socius.

¶ *Neque verbo.*] Verbis solis siue scriptura non fit furtum. furtum enim non fit sine contrectatione. vnde si consilium dedi furi vel opem vt furtum faciat, & non fecit: non sum fur, nec teneor furti.

¶ *Si quis asinum.*] Asinum meum posuisti in equas tuas, vt sic eas coo periret. non teneris furti si non habuisti animum contrectandi eum: & de hoc etiam extat reseriptum, sed teneris in factum.

¶ *Cùm Titio.*] Cùm crederem pecuniam mutuare Titio qui erat legalis & diues homo, subiiciti mihi alium Titium pauperē, cui mutuaui: & numos mutuatos cum eo diuisisti. dicitur quòd teneris furti & etiam Titius si hoc sciuit.

¶ *Si maiora.*] Cùm emerem frumentum à Titio ad pondus, puta centum corbes, & vellem facere mensurari, cōmodasti mihi maiora pondera cum quibus mensurarem, & mensuraui. hic commodās tenetur Titio act. furti, & etiam ego, si sciens maiora feci cum eis mensurari.

¶ *Si quis.*] Emi Stichum à domino eius, & de hoc habeo instrumenti quo continetur ꝙ emi Stichum. persuasisti Sticho vt nomen suum de hoc instrumento deleret, & deleuit. dicitur ꝙ teneris furti. si autem persuasisti ei vt alia mea instrumēta deleret, & fecit: teneris serui corrupti. si tumet hoc idem fecisti tuis manibus, teneris de dolo.

¶ *Si linea.*] Si lineam margaritarum mihi surripuisti, & agam furti: debeo dicere numerum, sed si agam furti pro vino surrepto, debeo dicere quot corbes. sed si vasa sunt surrepta, debeo dicere numerum.

¶ *Si seruus.*] Seruo meo habenti liberam peculij administrationem surrepta est res peculiaris: actio furti mihi domino est quæsita: quæritur si tranfigat hic seruus cum fure non animo donandi. Idem & si tota pœna dupli vel quadrupli sit seruo soluta.

¶ *Si quis iurauerit.*] Iurasti te furtum mihi non fecisse. nō teneris furti, nisi amodò contrectes: sed rei persecutio puta rei vendicatio mihi dabitur. & de hoc dic vt in gloss.

¶ *Si seruus.*] Surripuisti mihi seruum, & interim est hæres institutus: & antequām meo iussu adiret, vt quia eum mihi non dabas, deceßit hic seruus: agam actio. furti ad pretium hæreditatis amissæ, & etiam condictio furtiua ad hoc datur, non solùm ad pretium.

¶ *Si statuliber.*] Statuliber ver res sub conditione legata surrepta est hæredi. hæres habet condictionem furtiuam, & æstimabitur quanti res talis valet. existente autem condi. furti actionem amodò non habet hæres: quia sua defiit interesse. Franc.

1 ¶ *Si quis.* scilicet extraneus. Roge.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Tenebitur*.licet furtum non faciat:vt infti.eo.§.interdum.
b ¶ *Non teneatur*.vt & ff.eo.qui seruo.§.item placuit. & ff.eo. l.ff. in fin.& ff.rerum amo.l.j.
c ¶ *Furti*.furripienti res viri.
d ¶ *Sed rerum amotarum*.ſi cauſſa diuortij amouit:vt ff.rerum amotarum.ſi concubina.in fin.j.reſpon.& l.ſed & ſi.& l.ſi rem.
e ¶ *Nomine*. quia ſeruus vxoris fecit furtum viro.
f ¶ *Furti*.ſ.noxali.
g ¶ *Ambigendum eſt*. vt ff.re. amo.l. & ideo. ij.reſpon.Sed contrà in eo rit.ſi mulier.§.j.Sol. ibi, timens ſeruus parauit mulieri,vel credebat res mulieris.
h ¶ *Furti*. hoc ſtatim corrigitur.
i ¶ *Agendum*. ſic & ff. de fideiuſſ. ſi dubitetur. in fine. & de iudi. l.lis.in fin.
k ¶ *Furti tenebitur*. id eſt de furto.ſed agitur actione in factum: vt & ff.de dolo. l. non debet.& C.de dolo. l. ſi ſuperſtite. quæ ſunt contrà. Ex ſupradictis not. quòd in furto aliquando vitiatur perſona & res, & per hoc fit res inuſucapibilis: vt quãdo extraneus facit furtum : vt infti.de vſuſca. §. furtiuæ. Aliquando ſola perſona : & ſic eſt vſucapibilis: vt quãdo debitor creditori:vt ff.de vſuſcap. l.ſequitur.§. ſi rẽ. quãdoque res tantùm : & ſic nõ eſt vſucapibilis, vt quando filij & ſerui faciunt furtum patri & domino:vt ff. eo. ſerui & filij. Idem de vxore,vt ff. eo. in prin. huius legis.& ff. rerum amo.l.j. quandoq; nec perſona , nec res quo ad ſcilicet quo ad aliũ fic:& tamen furti tenetur:vt ille qui opem & conſilium dedit: vt infra.eo.§.interdum.
l ¶ *Retineat*. & contrectet.aliàs contra. j. e.l.inficiando. in princip.& C.de pign.act.l. ſi nulla.
m ¶ *In agro*. conducto ad hoc vt cõductor habeat fructum ſulphuris.nam fructus eſt : vt ff. ſoluto matrim.l. diuortio.§.ſi vir.
n ¶ *Terram*.ex qua extrahitur ſulphur. & ſic eſt j.eo.ſi cretæ.
o ¶ *Dominus furti adget*. & nihilominus colonus , ſecundũ Roge. vel dic vt diximus ff.eo. ſi ſapes.
p ¶ *Habeas*. ſubtractis vectibus.Accur.
q ¶ *Soluendo*.& ſic eſt periculo peculij:vt & ff.eod.itaque.
r ¶ *Actionem*.m.Nomine peculij,non ſuo:vt in contrario,vt ff.eo. eum qui.§.an pater.vbi plenè diximus.
s ¶ *Imprudens*. aliud ſi ſciens.quia & ipſe eſſet fur , & ſic non ageret furti:vt & ff.eo.l.itaque.§.ſed furti.
t ¶ *Actionem*.ſecus in donatario : niſi & eius ratione cuictionis interſit:vt j.eo.qui iniuriæ.§.ſi.quæ eſt contrà.

commodauerit,furti tenebitur [a].
Sed etſi furtum cum ea fecerit [1],tenebitur furti:cùm ipſa non teneatur [b].Ipſa quoq; ſi opem furi [c] tulit,furti non tenebitur , ſed rerum amotarum [d]:ſerui verò ſui nomine [e] furti [f] eam teneri,nequaquã ambigendum [g] eſt.Idem dicendũ eſt & in filiofamil.milite,nam ipſe patri non tenebitur furti [h]: ſerui autẽ ſui nomine caſtrenſis tenebitur , ſi patri ſeruus furtum fecerit.
¶ Sed ſi filius meus, qui habet caſtrenſe peculium furtum mihi fecerit,an poſſim actione vtili aduerſus eum agere,videndum eſt: cùm habeat vnde ſatisfaciat. Et poteſt defendi agendum [i]. An autẽ pater filio teneatur,ſi res [2] eius caſtrẽſis peculij ſubtraxerit , videamus. Et puto [3] teneri. Non tantũ igitur faciet furtum filio,ſed etiam furti tenebitur [k].
1 ¶ Eum creditorem , qui poſt ſolutam pecuniam pignus non reddit [4],furti teneri Mela ait,ſi celandi animo retineat [l]. quod verum eſſe arbitror.
2 ¶ Si ſulphurariæ [5] ſunt in agro [m], & inde aliquis terram [n] egeſſiſſet & abſtuliſſet , dominus furti [o] aget:deinde colonus cõducti actione cõſequetur vt idipſum ſibi præſtetur [6].
3 ¶ Si ſeruus tuus vel filius poliendã veſtimenta ſuſceperit , an furti actionem habeas [p],quæritur. Et ſi quidem peculium ſerui ſoluendo ſit , potes habere furti actionem , ſed [7] ſi non fuerit ſoluendo [q] , dicendum eſt non competere furti actionem [r].
4 ¶ Sed & ſi rem furtiuam imprudens [s] quis emerit , & ei ſurrepta ſit,habebit furti actionem [t].
5 ¶ Apud Labeonẽ † relatum eſt: ſi ſiliginario [v] quis [x] dixerit , vt qui [8] nomine eius ſiliginem petiiſſet,ei daret:& quidã ex tranſeuntibus cũ audiſſet, petiit eius [y] nomine,& accepit [z] ; furti actionẽ [a] aduerſus eum,qui ſuppetiit [9] , ſiliginario competere , non mihi [b]. Non enim mihi negotium,ſed ſibi ſiliginarius geſſit.
6 ¶ Si fugitiũ meũ † quis quaſi ſuũ à duumuiris [10] , vel ab aliis qui poteſtatẽ habent de carcere [c] vel cuſtodia dimittere [11],acceperit,an is furti teneatur?Et placet, ſi fideiuſſores dederit [d], in eos [e] domino actionẽ dandam : vt hi [f] actiones ſuas mihi mandent [g].Quòd ſi non acceperint fideiuſſores [12],ſed tanquam ſuũ accipienti ei tradiderint , dominum furti actionem aduerſus plagiarium habiturum.
7 ¶ Si quis de manu alicuius numos aureos vel argẽteos,vel aliam rem excuſſerit,ita furti tenetur [h], ſi ideo fecerit,vt alius tolleret,iſq; ſuſtulerit.
8 ¶ Si quis maſſam meam argenteã ſurripuerit , & pocula fecerit, poſſum [i] vel poculorum,vel maſſæ nomine [13] furti agere, vel condictione. Idẽ eſt & in vuis,& in muſto,& in vinaceis.Nam & vuarum & muſti & vinaceorum nomine furti agi [14] poteſt,ſed & condici.
9 ¶ Seruus, qui ſe liberum affirmauit,vt ſibi pecunia crederetur, furtum non facit. Namque hic nihil amplius quàm idoneũ ſe debitorem [k] affirmat. Idem eſt & in eo qui ſe patremfamiliãs finxit, cùm eſſet filiusfamiliãs , vt ſibi promptius pecunia crederetur.
10 ¶ Iulia.lib. xxv. [15] Digeſtorum ſcribit , ſi pecuniã quis à me acceperit vt creditori meo ſoluat:deinde cùm tantam pecuniam eidem creditori deberet,ſuo nomine ſoluerit,furtum eum facere [l].
11 ¶ Si Titius alienam rem vendiderit [16] , & ab emptore numos acceperit [17], non videtur numorum furtum feciſſe [m].
12 ¶ Si ex duobus ſociis omniũ bonorum vnus rem pignori acceperit,eáque ſurrepta ſit,Mela ſcribit, eum ſolum furti habere actionem qui pignori accepit , & ſociũ non habere [n].
13 ¶ Neque verbo, neque ſcriptura quis furtum facit.Hoc enim iure vtimur , vt furtum ſine contrectatione non fiat. Quare & opem ferre , vel conſilium [o] dare tunc nocet , cùm ſecuta contrectatio eſt. 14 ¶ Si quis aſinum meum coẽgiſſet,& in equas ſuas [p]

o ¶ *Vel conſilium*. ob ſolum conſilium tunc tenetur quis furti , cùm non aliàs erat factурus is cui conſilium datum eſt: vt & ff. de iniur. l. non ſolùm.§.ſi mandato.& not.ff.de verb.ſignific.ſæpe.§. fin.& facit ff.de iniur.l.item apud.§.ſi curaueris.& ff.eod.l.qui ſeruo. in prin. & ff.eo.l.j.
p ¶ *In equas ſuas*.ex quo coitu naſcuntur muli. & eſt hic Græcum. Accur.Florentinus.

a ¶ *Furti teneris*. vt tollas contraria,dic aut error in ſubſtantia perſonæ ſub eſt hic,aut in conditione perſonæ ,vt quia liberum & ſui iuris ſe dixit,aut in qualitate cauteſe:vt an ſit idoneus,& tunc ceſſat furti,& da furtum.
b ¶ *Non tenetur furti*:vt argumen.contrà ſuprà eadẽ l.§.ſeruum.
c ¶ *Deſsit*.ſed tunc eſt contrà ff.eodem , inter.in princip.Solu. hic de condict.fur.ibi de actio.fur.dicit,vt non deſinat competere,quia deſinat intereſſe.
d ¶ *Aeſtimandus eſt*.ſi agatur furti pro furto commiſſo poſt aditam hæreditatem.
e ¶ *Emptorem*. nota res tantum valet quãtum vendi poteſt.hic ff. de cond.&.furt. ſi ſeruus. Sed contrà videtur j.eo. ſi vendidero. [25] *Flo. ſed & §. cùm autem. Sol. ibi*: in actione furti, hic in condi. vel verius illa ſecundum illam,vt ibi ſit verum pretium.

[1] *Si quis ex domo.*] CASVS. Cùm eſſem in camera Thad- [26] *Flor.deeſt*, dei dilecti mei ad ſcri- *non*. bendos iſtos caſus,dimiſſa camera mea in qua nemo tunc erat , quidam rapuit libros meos de camera mea. tenebitur vi bo.rap. in quadruplum , & furti nõ manifeſti. ſed ſi effregit cameram meã non animo ſurripiendi per ſe vel per alium aliqd: [27] *Flor.deeſt*, tamen alius inuenta *ſeruum*. camera mea fracta ſurripuit modò aliquid : nõ tenebitur effractor furti.& redditur ratio. & hoc dicit hęc l.cum prin.ſeq.Franc.
a ¶ *Rapuerit*.nõ clàm: quia ſic eſſet ſimplex furtum:vt ff.eo.l. j.ſed rapturus etiam ſi inueniſſet ibi aliquem.
b ¶ *Tollenda*. hic eſt [1] *Flo.eſt* §. 23. ſpecialis caſus, ſecun- *& vltimus le* dùm P. vt raptor non *gis præceden.* teneatur furti non manifeſti. aliàs contrà: vt [2] Materiam furti habes infti. vi bo. rapto. in latiſſimè tractatam per prin. Vel dic hic tolli ſcribẽtes in act. furti,non quo ad authen. ſed natiuitatem :ſed quia nouo iure. facta fuit exactio per hãc vi bon.rap. vt j. vi gig. per Alex. C.de fer.ſubbon.rap.l.j. Item dicit conſil.v.in j. P.raptorem etiã ſi de- volu. & ad prehendatur , non te- materiã huneri furti manifeſti:ſed ius. l. vide non manifeſti, vt hic innuit.ſed dic contrà, ſcilicet eum manifeſti Bolo. in l. ſi tenerivt j.eo.ſi vendidero.§.cùm raptor.Item nor.ſecundùm H.q. in quis in tancasu huius legis loquitur j.de pub.iudi.l.infamem.Nam alias ſemper tam.C.vnde vi bon.rap.actione ſi agatur criminaliter,erit publicũ iudicium , ſci- vi.& iſta lex eſt ſin. & nõ licet legis ſuliæ vis publi.vel priua.quæ publica ſunt:vt j. de iudi.l.j. habet concor.ſecundũ & facit infrà , de incen.rui.nau.l.iij.§. Labeo. Bar.
Raptor quã doque furti non manife ſti non tene *Flo.deprehẽ derit tollẽta.*

Qui iniuriæ.] In princip.caſus eſt planus. ¶ *Si ſeruus*.] Commodaui Thaddeo librum meumſeruus meus ei ſurripuit:& Thaddeus bene eſt ſoluendo:in ſoluenda æſtimatione libri, dicitur q agã cõmodati actio.ad æſtimatio.libri:& ipſe Thaddeus cõtra me actio furti,& ab hac act.furti liberor reddendo Thaddeo qđ ab eo habui. idẽ & ſi antequã agam velim ei remittere act. cõmodati.ſed ſi ſeruus [1] *Flo.deprehẽ* Thaddei ſurripuit librũ illum. Thaddeus mihi tenebitur act.cõmoda- *derit tollẽta.* ti tantùm,non furti. ¶ *Qui alienis*.] Geſtor meorum negotiorũ culpa ſua rem meam amiſit per furtum.dicitur q̃ non habeo actio.furti. ſed agã cõtra geſtorẽ ad æſtimatio.rei meæ.& teneor ſibi cedere act. fur.quàm habeo contra furem.Idem in eo qui gerit negotia mea pro tutore.Idem in eo tutore qui oblata ſatisfadati.contutoribus,ſolus adminiſtrat. ¶ *Si ex donatione*.] Rem meã tibi donaram à Titio tibi ſurripio:puta ſeruum:agis contra me furti , ſi intereſſit tua ratione poſſeſſionis:vt quia damnum ab eo datum alicui emendaſti,vel eum emptũ curaſti:cùm & ſi cum poſſideres,& eum à te vendicarẽ, obſtaret mihi exceptio,niſi has expenſas tibi redderem. Fran.
e ¶ *Non tenetur furti*.vt ff.eo.l.verum. Azo.ſed contrà ff.eodem,l.in furti.§.ope.Sol. vt ibi.

† Flor. ſi rem eius.
3 Fl.& puto.
4 Fla.reddat.
5 Flo. ſulpuarie.]
6 Fl. præſtare tur.
7 Fl.deeſt,ſed.
† Iſte text. non alibi, ſecũdũ Bar. to hic, & eſt mirabilis ad hoc , quòd debitor ſi ſoluit.& rem debitã dedit alteri tertio dolo & fraude tertij, in re commi- titur furtũ, & actionem p furti habet debitor non dominus rei.Bolog
8 Fl.quiſquis.
9 Fl.ſuppetet.
† Hic habemus bonum text , & ſin-

Furti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADDITIO. dic quòd ibi habuit animum vt furaretur res ab alio certo, vel incerto: vt ibi per Bart. aliàs secus secundum eundem.

a ¶ *Distingunt.* No. sic ff. de iniuriis. l. quod reipub. & C. de fic. l. j. & ff. de tabu. exhib. l. iij. §. si quis dolo.

b ¶ *Rem.* commodatam.

c ¶ *Is.* commodatarius.

d ¶ *Cum eo.* commodatario.

e ¶ *Furti.* noxali: vt & ff. cõmo. rem. mihi. §. fi. aliàs l. si seruus.

f ¶ *Furti actionem* id est condictionem furtiuam; aliud in actione furti: vt ff. c. inter. sed hodie fortè idem in actione furti: vt instit. e. §. quæ de fullone. & C. eo. tit. l. fi. §. tales. quæ sunt cõtrà. qbus dicitur nõ dari commodatio actio né furti si dominus eũ non cõueniat commodati, sed certè prorsus alius est ibi casus: scilicet quia ibi extraneus, hic seruus commodantis fecit furtũ. Sed quare per cõpensationem non cõfunduntur salem vsque ad concurrentẽ quantitatẽ? Respon. propter electionem quã habet dominus in noxali. Accur.

g ¶ *Sed tantum commodati.* Sed quare magis si tu cõtrectas: vt instit. eo. §. placuit. cùm nõ debeat licere seruo quod non licet libero: vt C. si ser. extero se. l. j. & facit ad §. ff. nau. caup. sta. l. licet. §. j. & de exce. do. apud. §. j. ver. q̃ si is.

h ¶ *Non habet.* facit ff. eo. l. cuius. contrà. & quod ibi nota.

i ¶ *Eadem sunt.* vt nomine rerum subtractarum teneatur: sed non condemnetur nisi actiones cedantur.

k ¶ *Suscepit.* facit de tut. & cur. qui satisdare cogi. l. non omnium.

l ¶ *Defendisti.* & sic æstimationem damni pro eo soluisti.

m ¶ *Habituras.* Item potest interesse vt feratur sententia in condemnatione: vt sic de euictione agat, si donatio ceperit à promissione: vt C. de iur. do. l. j. aliàs ergo non: vt hìc. sed secus si ex vendi tione possideas: vt ff. eo. cùm ex §. j. & ff. si quis vxori. §. sed & si rẽ. quę sunt cõtrà. item non obst. ff. eo. l. cuius. vt ibi dixi.

I pignore. **CASVS** Creditor, purà Bozolus libro sibi obligato vtitur: tenetur furti. idem est si rem tibi commodatam alij commodas. Idem & si fullo vestimentis meis quæ accepit ad poliendum, vtitur portando ea. Idẽ est si aliquis furripiat rẽ ad hoc vt alij donet. Species enim lucri est ex alieno largiri.

¶ *Furem.*] Furem inueni in camera mea furripientem de die mihi librũ meum. possum eum impunè occidere si se telo defendat. Secũdò dicit quid appellatione teli significatur. ¶ *Cũ furti.*] Cùm actio furti datur ad pœnã, rei vendicatio & condictio furtiua datur adhrẽ vel eius æstimationẽ: dicitur quòd pœnalis non tollitur per persecutoriam vel econtrà: sed persecutoria per persecutoriam tollitur.

¶ *Qui ferramenta.*] Commodaui furi ferramenta ad frangendum ostium, vel scalas sciens commodaui: nec aliter secum participaui cõfilium. teneor furti. ¶ *Si tutor.*] Tutor vel curator transiens cum fure rei pupilli tollit actio. furti. Franc. Accur.

n ¶ *Furti tenetur.* vt instit. eo. §. furtum autem.

furti nã maleficia voluntas & propositũ delinquẽtis distinguntur[1] a.

1 ¶ Si seruus commodatoris rẽ b furripuerit, & soluendo sit is c, cui furreptum est, Sabinus ait, posse & commodati agi cum eo d, & contra dominum furti e serui nomine. sed si pecuniam f, quam dominus exegit, reddat, euanescere furti actionem g. Idem est, & si remittat commodati actionem. ¶ Quòd si seruus tuus rem tibi commodatam furripuerit, furti tecum actio non est: quia tuo periculo res sit, sed tantum commodati h.

2 ¶ Qui alienis negotiis gerendis se obtulit, actionem furti non habet i, licet culpa eius res perierit: sed actione negotiorum gestorum ita dãnandus est, si dominus actionem[2] furti ei cedat. Eadem sunt i in eo qui pro tutore negotia gerit, vel in eo tutore, qui diligentiam præstare debet[3]: veluti qui ex pluribus tutoribus testamento datis, oblata satisdatione solus administrationem suscepit k.

3 ¶ Si ex donatione alterius rem meam teneas, & eam furripiam, ita demum te furti agere mecum posse Iul. ait, si interfit tua retinere possessionem, veluti si hominem damnatũ[4] noxali iudicio defendisti l, vel ægrum curaueris: vt aduersus vendicantem iustã habituras m sis retentionem.

[1] Flor. distinguit.

[2] Flo. actione ei cedat.

[3] Flo. debeat.

[4] Flo donatũ.

LVI. Gaius lib. xiij. ad Edictũ quinciale.

SI pignore creditor vtatur, furti tenetur n.

1 ¶ Eum, qui quid[o] vtendum accepit, si ipse alij commodauerit, furti obligari responsum est p. Ex quo satis apparet furtum fieri: & si quis vsum alienæ rei in suum lucrũ conuertat ¶. Nec mouere quem debet, quasi is nihil lucri sui gratia faciat. Species enim lucri est, ex alie

o ¶ *Eum qui quid.* id est aliquid.

p ¶ *Responsum est.* vt & ff. eo. qui vas. §. si ego.

q ¶ *Conuertat.* vt ff. eodem. fullo. j. & argumen. suprà, de dona. l. fi tibi rem. & suprà, commoda. fi vt certo. §. sed interdum. & C. eodem, Alienum.

no largiri, & beneficij debitorẽ r sibi acquirere. Vnde & is furti tenetur, qui ideo rem amouet, vt eam alij donet.

g ¶ *Rediderisse.* id est cui præsentasse quasi prætor mitteret : vt C. eod. l. maiorem. & dic vt ibi.

1 Flor. *deest hac.*

h ¶ *Proposuisse.* scilicet in edict. ad quod infrà eod.hodie.§. j. sed in lib.Ald.est edictum. Accur.

i ¶ *Pœnali.*ad interesse:vt infrà eodem,hodie.§.j. sed contrà infrà ad munic. Titio.Solu.vt ibi.Accur.

Si quis.] CASVS. Patris mei testamentum aboleui , & bona eius possedi quasi intestati:& decessi relicto hærede.Dicitur quòd bona patris mei auferuntur hæredi meo.Franc.

k ¶ *Obierit.*filius.

l ¶ *Eripietur.* vt §. eod.si quis cum. in princ. Et sic not. quòd etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

nepoti auferetur hæreditas propter factũ aui. sic & in feudo. ad quod C. de quæst. diuo. & de bon. lib. quæritur. Sed arg. contrà, suprà de senato. l. emancipati. §. j. in fine. & de in ius vocando. adopriuù. in fin. l.

EOs qui.]CASVS. Qui diuersa præbuerint testimonia inter se, id est falsa vel varia: puniuntur leg. Cornel. Item qui dixit falsum testimonium contra sigillum suum: de falso punitur. Item qui in eadem lite testificatus est pro actore, & postea pro reo: & sic cõtraria dixit: de falso punitur. Item qui se gessit pro milite, cùm non esset: vel qui falso diplomate vsus est: quod expone vt in gl. punitur pro qualitate delicti. Franc. Accur.

a ¶ *Diuersa.* id est falsa vel varia: vel id est aduersa. ad quod in authen. de testibus. §. si verò, & ʒ. de teſti. l. qui falsa.

b ¶ *Præbuerunt.* scilicet in eodem negotio.

c ¶ *Legis.* scilicet Cornel.

d ¶ *Signum.* id est sigillum, vel etiam aliud signum quod fecerat.

e ¶ *Præbuit.* vt & ʒ. proxi. respon. dixi.

f ¶ *Duobus.* scilicet actori & reo. Accur.

g ¶ *Pro milite gessit.* cùm non sit miles.

h ¶ *Vsus est.* vt cùm text. sing. ad Centurio non sit, fixit hoc q. sentẽ se in capite legionis. ria lata ex i ¶ *Commeauit.* id est falsis actis, iuit cũ sociis: vt cùm est ipso iure deberet equitare cum nulla, hoc ad x. equis, equitaturus dito, quod idẽ est si fuisset cum xx. per alia ex falso quem locum, vel cùm testimonio: per singula xx. milia- vt in c. olim. ria deberet habere cer extra de pri- tum salarium, dixit uil. per Bald. per xl. miliaria: & sic in l. si veri- percepit salariũ quasi tas. C. de fi- duorum dierum. cum deicom. non tantum iuisset. secus si tantum iuisset: vt ʒ. de verbo. obli. l. continuus. §. cùm ita. vel cùm deberet ire per viam securam ad custodiendum castratiuit per magis curtam, & minus securam.

Casum ponit.

k *Scribẽ. hic reputat ittũ*

l *Flo. quòd.*

m *Flo. & præscripto.*

n *Flo. proinde.*

XXVII. Modestinus lib. viij. Regularum.

EOs, qui diuersa a inter se testimonia præbuerũt b, quasi falsum fecerint, præscripto 1 legis c Corneliæ teneri pronuntiatum est.

¶ Et eũ qui contra signum d suum falsum præbuit e testimoniũ: pœna falsi teneri pronuntiatum est.

1 ¶ De impudentia eius qui diuersa duobus f testimonia præbuit, cui° ita anceps fides vacillat, quin crimine falsi teneatur, nec dubitandum est.

2 ¶ Qui se pro milite gessit g, vel illicitis insignibus vsus h est, vel falso diplomate vias cõmeauit i, pro admissi qualitate grauissimè puniendus est.

XXVIII. Idem lib. iiij. Responsorum.

SIà debitore, k prolato die l pignoris obligatio mẽtiatur, falsi crimini locus est.

XXIX. Idem libro singul. de Enucleatis casibus.

SIquis † obrepserit m præsidi prouinciæ tã per acta n, quàm per libelli interpellationem, nihil agit: imò si accusatus fuerit, pœnã temeratoris o luit. perinde1 enim punitur, atq; si falsum fecerit sunt enim rescripta de ea re p. sufficit autem vnum argumenti causſa referre: cuius verba hæc sunt, Alexander Augustus Iulio Maryllo. Si libello dato q aduersarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adiecit, subscriptione. r vti nõ potest: imò si accusatus fuerit, etiã pœnam sufferre s debet.

XXX Idem lib. xij. Pandectarum.

LEge Cornelia t testamentaria obligatur, qui signum v adulterinum x fecerit vel1 sculpserit.

1 ¶ De partu supposito soli accusant parentes y, aut ij ad quos ea res pertinet2: non quilibet ex populo, vt publicam z accusationem intendat.

XXXI. Callistratus libro iij. de Cognitionib.

DIuus Pius Claudio rescripsit pro mensura a cuiusque delicti constituẽdum in eos qui apud iudices instrumenta protulerunt, quæ vera probare1 non possunt b; aut si plus eos meruisse videatur, quàm ex forma iurisdictionis pati possint c, vt Imperatori describatur, æstimaturo d quatenus coërceri debeãt. Sed diuus Marcus cũ diuo fratre suo pro sua humanitate hãc rem temperauit: vt si, quod plerunq; euenit, per errorem huiusmodi instrumenta proferãtur, ignoscatur e eis qui tale quicquã protulerint.

XXXII. Modestinus lib. j. de Pœnis.

HOdie qui edicta proposita f dolo malo corrumpunt, falsi pœna plectuntur.

1 ¶ Si venditor mensuras publicè probatas frumenti, vini, vel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, dolóve malo fraudem fecerit, quanti ea res est, eius duplo1 condemnatur g: decretóque diui Hadriani præceptum est in insulam eos relegari, qui pondera aut mensuras falsassent.

XXXIII. Idem lib. iij. de Pœnis.

SI quis falsis constitutionibus † nullo h auctore habito vtitur i, lege Cornelia aqua & igni k ei interdicitur.

Lege Cornelia.]CASVS. Qui signum falsum fecerit, vel sculpserit tenetur l. Corn. testamentaria. Item accusatio de suppositio partu non est publica, sed ad certos spectat, vt in litera dicitur. Franc.

t ¶ *Lege Cornelia.* scilicet de falsis.

v ¶ *Signum.* figillando. vel etiam subscribendo. de quibus dicitur Insti. de test. §. j. & ij, & facit ʒ. eod. Paulus, §. j.

1 Fl. desp. vel.

x ¶ *Adulterinum.* id est falsum.

y ¶ *Parentes.* non tamen filius matrem: vt ʒ. de accu. hi tamen.

2 Fl. pertinet.

z ¶ *Vt publicam.* speciale in hoc falso, vt non sit publica accusatio. aliàs contrà: vt suprà de publi. iud. l. j. no. & facit C. eod. l. cùm suppositi. & ʒ. c. l. qui falsam. §. j.

DIuus.]CASVS. Qui coram iudice producit instrumẽta suspecta nec potest probare ea esse vera: punitur iudicis arbitrio quandoq; multũ, quandoque parum seu modicè. & si præses videat eũ debere deportari, mãdabit hoc Imperatori, qui imponet pœnam prout sibi videbitur. & de hoc etiã diuus Marcus dixit. Franc. Accur.

1 Fl. qua per ta. bari non pos

a ¶ *Pro mensura.* id est qualitate seu magnitudine. Accursius.

b ¶ *Non possunt.* cùm suspecta essent: vt C. eod. prohibemus. & de prob. l. iubemus. Accur.

c ¶ *Pati possint.* vt quia deportari: quod præses non potest: vt infrà de pœn. l. ij. §. ij. vel dic plus quàm fit; forma iuris: id est iurisdictionis, id est plus quàm fit pœna ordinaria falsi, vt alij terreanturi: vt C. ad le. iuliam repet. l. j.

Flo. duplo.

d ¶ *Aestimaturo.* Imperatori dico.

e ¶ *Ignoscatur.* si tamen suam innocentiã probant, & ostendant à quo acceperant: vt C. eodem, l. maiorem. & secũdum hoc ponitur casus in falso rescripto: quod tamen dic vt ibi: vel dic in alio instrumento, si desinat vti vt C. eodem tit. l. si falsos. & ʒ. ad munic. l. libertus. §. error.

HOdie.] CASVS. Qui corrupit edictum, punitur de falso. Item qui corrupit mensuras frumenti vel vini, in duplum condemnatur: item in insulam relegatur. Franc.

f ¶ *Proposita.* in albo: vt ʒ. de iurisd. om. iud. si quis id. per totum.

g ¶ *Condemnatur.* qua actẽ: respon. cõdictione ex hac l. vel dic actione in factum, quæ aliàs datur pro simplo eius quod interest, vt ʒ. cod. qui nomine. Alij dicunt quòd per act. l. Cor. de fal. quod nõ placet, & facit C. de dolo. l. arbitrio. §. de eodem. & quod ibi not. & ʒ. de extra ordi. cri. l. annona. §. fin. j. de verbo. sign. Paulus respon. & ʒ. de fur. si quis vxori. §. si maiora. Accur.

Si quis.]CASVS. Qui falsis constitutionibus, siue legibus vtitur, quæ nullum habent authorem, scilicet iustũ, aqua & igni interdicitur. Franc. Accur.

h ¶ *Nullo.* nullum habent authorem etiã quæ habent, sed reprobatæ sunt: vt C. de Iustin. codic. confir. §. hunc igitur. ille ergo habet authorem qui habet talẽ qui habet ius condẽdi legem, vt principem vel senatum vel præfectũ, vel dic aliter authorem à quo accepit rescriptũ quasi cõstitutiones, quæ tamẽ nõ sunt. & concor. tunc C. eo. l. maiorẽ.

i ¶ *Vtitur.* vt Galgosius Papien.

k ¶ *Igni.* id est deportatione: vt ʒ. eo. l. j. §. fin.

Ad legem

¶ AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

Hodie diceremus repetundarum. scilicet pecuniarum.

Ex Iulia.]CASVS. Lex Iulia repetund. pertinet ad eas pecunias quas quiseqüestres in magistratu vel officio publico accepit ab aliquo priuato, vel aliquis de ei' famil. permittit tamen posse accipere à quibusdã pfonis: vt à fobrinis, & ab eis qui propiore gradu, & à cognatis, & ab vxore. qui cõtrà facit, tenetur in duplũ hac. l. intra annũ. item hac l. tenetur qui cũ haberet aliquã potestatẽ, s. officiũ: accepit pecuniam ob iudicãdũ, vel ob nõ iudicandũ: vel vt faceret aliquid vltra officiũ suum. Itẽ in comites siue socios militũ datur actio ex hac. l. si faciãt cõtra hãc legẽ. Itẽ hac lege punitur qui accepit pecuniam ob denũtiãdum testimoniũ vel ob nõ denũtiandũ. & qui dãnatur ex hac lege, nõ põt esse testis vel iudex vel aduocatus. Itẽ lege Iulia repetũdarũ cauctur, ne quis accipiat pecuniã ob aliquam de causſis numeratis in litera huius l. & prin. sequẽtis. & sic apparet, q. à pfonis extraneis nõ licet accipere: à cõiũctis autẽ numeratis licet accipere in infinitũ. & h. d. hæc l. cũ quinque sequẽtib. & pri. sextæ.

1 Fl. desp. vel.

a ¶ *Coartatione.* priuato vt faciat nõ faciendũ: vel omittat faciendũ. & sunt exẽpla. ʒ. eo. l. eadẽ. §. fi. & l. lex. & est pœna legis. ʒ. eo. l. lex §. fi. Itẽ actio ciuilis quod dic vt ʒ. l. proxima. & dic q. etiã dũ rãte offẽdo accusatur: quia in offi. delinquit, vel quia subiectos opprimit: vt C. eo. l. iubemus. aliàs autẽ non potest magnus magistratus in ius vocari: vt ʒ. de in ius vocan. l. ij. nisi in furto: vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. si quis autem. minores magistratus etiam durãte offẽcio conueniuntur: vt ʒ. de iniur. l. nec magistratibus.

b ¶ *Acceperit.* à priua vel omittat faciendũ. & sunt exẽpla. ʒ. eo. l. eadẽ. §. fi. & l. lex. & est pœna legis. ʒ. eo. l. lex §. fi. Itẽ actio ciuilis quod dic vt ʒ. l. proxima. & dic q. etiã dũ rãte offẽcio accusatur: quia in offi. delinquit, vel quia subiectos opprimit: vt C. eo. l. iubemus. aliàs autẽ non potest magnus magistratus in ius vocari: vt ʒ. de in ius vocan. l. ij. nisi in furto: vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. si quis autem. minores magistratus etiam durãte offẽcio conueniuntur: vt ʒ. de iniur. l. nec magistratibus.

c ¶ *Vel cùm.* ʒ. solus: hic cum aliis est in magistratu. Accur.

d ¶ *Ex cohorte.* i. aliquis ex cohorte. i. ex societate. Accur.

e ¶ *Eorum est.* i. alicuius eorum, accepit subaudi: vt ʒ. eod. l. in comites. aliàs est ex sorte: & in idem recidit.

f ¶ *A fobrinis.* qui sunt in sexto gradu: vt Instit. de gradi. §. sexto. & ab omnibus proximioribus: vt subiicit. nam ratio sanguinis tollit suspitionem a: vt arg. ʒ. de recep. l. ij. & in auth. de eccle. tit. §. interdicimus. Et dic quòd in infinitum ab istis, dũmodo non ratione officij. Alij ab alijs autem vsque ad centum aur. per annum inter omnes. & nõ ratione officij: vt ʒ. eod. l. eadem. §. fi. & l. lex. §. j. licet quidam dicant ab istis vsque ad centum aur. ab aliis nihil: quod est contra l. il am expressum. Et culentum autem potest accipere secundum l. vt ʒ. de offic. proconsul. solent. & de offic. præsid, l. plebiscito.

De legẽdo ciuili.

Flo. capit.

Flo. desp. in litera §. j. in fi. licet accipere in infinitũ. & h. d. hæc l. cũ quinque sequẽtib. & pri. sextæ.

2 Fl. pertinet.

g ¶ *Datur. Actio.* Ex hac lege datur actio ĩ factũ vel condictio ex hac lege cõtra iudicẽ vel officialẽ pro eo quod ipse vel minister accepit: vt C. eo. l. j. & intra annũ à tẽpore depositi offic. vt C. eo. l. pen. licet quidam dicant ibi speciale in comite domorũ: quod non placet: vt ibi: & l. iubemus. & fortè intra annũ in quadruplũ: post annum in simplum: vt suprà de calum. l. j. in princ. & hoc quadruplum datur totũ sicq; quando turpiter dedit. nã sibi, ne repetat, sua turpitudo obstat: vt ʒ de iure fisci, Luci°. & hoc casu est popularis accusatio. Si autem fuerit extortum, tunc remedium est spoliato: vt C. de assessor. l. j. Item in casu punitur etiam qui dat: vt C. eodem. l. finali. In hæredem autem qualiter datur, triplex est opinio in hac l. nam quidã dicunt dari intra annum post litem contestat. scilicet cõtra defunctum in quadruplũ: quod est speciale vt non detur perpetuò: vt C. ex delict. defun. Alij vt H. dicunt teneri hæredem etiam si non peruenit: sed intra annũ: vt hic, & C. eod. l. sciãt. §. j. Vel dic secundũ Azo. dari in hæredem, sed intra annum: & erit semper speciale: quia secundũ regulã de eo quod peruenit, datur perpetuò. & hoc vltimũ speciale tolerabilius est. sed siue dicat annum currere defuncto durante officio, siue demum finito, videtur absurdum: quia si ponas eum mori quando iam sex menses cucurrerũt, tenebitur hæres in vlterius tempus quàm teneretur defunctus si viueret. sed hoc toleratur quandoque in quantitate non mirum si in hoc tẽpore: vt ʒ. de cuict. si per imprudentiam. §. non mirum. sed si dicas lic. cont. vel in id quod peruenit: nõ obstat dicta oppositio. Item cõtrà. C. vt omnes tã ciui. quã milit. l. j. vbi per quinquaginta dies debet morari, & lis inchoari, & finiri intra xx. dies. sed illa nõ habet locum quando in sua patria posteà conuenitur & accusatur. præterea hic loquitur etiam de his qui in sua patria exercuerunt officium. Item facit ʒ. de popula. ac. l. fi. & de ac. l. ex iudiciorum. cõtrà. sed hic speciale. Item facit ʒ. tit. ij. l. fin. item hic de ciuili. de criminali habes infrà l. lex. §. fin.

h *Lege Iulia. Decernendúmve.* aliquem honorem vel munus. Et not. hũc teneri hac l. item de cõcuss. vt ʒ. de concuss. l. ij. Itẽ de falsis, vt ʒ. de falsis. l. j. §. j. item de sicar. vt suprà de sica. l. j. in princ. & §. j. & l. iij. §. ij. & l. iiij. in principio. Item lege Iulia de vi pub. vt suprà ad legem Iuliam de vi publi. l.

1 Fl. acceperit.

Ad legem Iuliam repetundarum.

TITVLVS XI.

I. Marcianus lib. xiiij. Institutionum.

LEx Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatiõe a, legatione, vel quo alio officio, munere ministeriõve publico accepe-rit b, vel cùm c excohorte d cuius eorum e est. ¶ Excipit lex à quibus licet accipere: à fobrinis f, propioréve gradu cognatis suis, vxoréve 2.

II. Scæuola lib. iiij. Regularum.

DAtur ex hac lege & in hæredes actio g intra annum dum taxat à morte eius, qui arguebatur.

III. Macer lib. j. Publicorum.

LEge Iulia repetundarum tenetur, qui cùm aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicãdum, vel non1 iudicandum, decernendúmve h acceperit.

IIII. Venuleius Saturninus lib. iij. Publicorum Iudiciorum.

VEl quò magis, aut minùs qd ex officio suo faceret.

V. Macer lib. j. Publicorum.

IN comites i quoque iudicum ex hac lege iudicium datur.

VI. Venuleius Saturninus lib. iij. Publicorũ Iudiciorum.

EAdem lege tenẽtur k, qui ob denuntiandum, vel nõ denũtiandum testimonium pecuniam acceperint.

1 ¶ Hac lege dãnatus, testimoniũ publicè dicere, aut iudex esse, postularéve l prohibetur.

2 ¶ Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum m, mittendúmve n, æs accipiat o: néve quis ob sententiam in senatu, consilióve p publico dicẽdam pecuniã accipiat, vel ob accusandum, vel non accusandum. vtque vrbani magistratus ab omni sorde se abstineant: néve plus doni muneríve in anno accipiant, quàm quòd sit aureorum q centum.

VII. Macer lib. j. Iudiciorum publicorũ.

LEx Iulia de repetundis præcipit, ne quis ob iudicem arbitrúmve r dandum, vel mutãdum, iubendúmve vt iudicet: néve ob non dandum, non mutandum, non iubendum vt iudicet: néve ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vinciríve iubendum, vel ex vinculis dimittendum: néve quis ob hominem condemnandum, absoluendúmve: néve ob litem æstimandam s, iudiciúmve capitis pecuniæve t faciendũ vel non faciendũ, aliquid accipiat1. Apparet autem, quòd lex ab exceptis u quidẽ in infinitum capere permittit: ab iis x autem qui hoc capite enumerantur, nihil accipere prohibetur.

1 Fl. acceperit.

lege Iulia de vi.

i *In comites.* id est criminis huius consci & socios. vel dic solus comes iudicis deliquit. ad quod C. eod. l. j. & C. de accu. l. qui explicandi.

k *Eadem lege tenentur.* iudices scilicet qui denuntiant testibus vt veniant etiam inuiti: vt in auth. de testib. §. quia verò. & C. de testib. si quando. vel in teste loquitur. & facit ʒ. de cal. l. j. & ʒ. de coneuss. l. ij. & ʒ. l. lege.

l *Postularéve prohibetur.* ideo prohibetur ab his tribus, quia damnatus publico crimine est infamis: vt ʒ. de pub. iudi. l. infamem. sed infamis à testimonio repellitur: vt ʒ. de testi. l. ij. §. lege. & à iudicando: vt ʒ. de iudic. l. cùm prætor. §. fi. & à postulando: vt ʒ. de postulan. l. j. §. ait prætor. & facit ʒ. de testi. l. repetundarum. & de testam. is cui. §. fi. & l. cùm lege. & de senat. l. ij.

m ¶ *Legendum.* id est eligendum qui eligi non debet.

n ¶ *Mittendum.* fortè in aliquam legionem.

o ¶ *Accipiat.* Hoc largè accipe: vt ʒ. de calum. l. ij. §. ij.

p ¶ *Consulióve.* qui ergo accipit pecuniam vt arengет in consilio Bonon. tenetur hac lege.

b Vide in

q ¶ *Aureorum* b. nisi esculentum & poculentũ, quod intra proxi. dies consumitur: vt ʒ. de offic præsi. plebiscito.

Alciat. lib. disput. iij. cap. ix.

r ¶ *Ex Iulia. Arbitriúmve.* id est delegatum.

s ¶ *Æstimandam.* scilicet vt fit coram æstimatoribus communis Bonon. aliàs instituendam. ad quod ʒ. de cal. l. j. & facit ʒ. de acc. l. ex iudiciorum. in fi. & l. qui accusare.

t ¶ *Pecuniæve.* igitur & in ciuili habet locum hoc crimen. quod est contra B. qui in criminali tantùm locum habere dixit. vel dic vt not. C. eod. l. iij. Accur.

Accipere permittitur tacitione doni.

v ¶ *Ab exceptis.* qui dicuntur ʒ. l. j. in fi. & dic vt ibi.

x ¶ *Ab iis.* s. etiam exceptis, sed accipientibus vt faciant vel nõ faciãt, & c. ratione ergo doni permittitur recipere, & dic hoc capite, s. repe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tun.& quod dicit,permittit,scilicet dicta l. ¶ *Illud quoque.*]Dic cāsum vt in glos.hic posita proximè seq.

a ¶ *In acceptum.*id est ne accepto ferat alicui qui debet opus publicum facere,vel frumentū præstare publicè.Ité cùm aliquis debet ex publica vtilitate sarta tecta habere,non debet iudex accepto ferre:vt hic, & C. de ædif. pri. l. singuli. in fi.& facit ℨ.de oper. pu. omnes.

b ¶ *Legerunt.* aliàs legerunt, alias legerint, alias legerunt.

¶ *Hodie.*]CASVS. Damnatus crimine repetundarum extraordinem punitur hodie: & quādoque grauiter & quandoque modicè secundum modum delicti.Franciscus.

c ¶ *Extraordinem.* i. extra antiquam solennitatem : vt dixi suprà

† Hic est de publi. iudi. l. ordo. ℨ.fin. & v.& facit ℨ. de pœ. honeus in iu-dic. vel extra ordinem ad hoc quid est non imponitur iudex faciés executionē oculare in eum qui appellauit aute tēporādie quòd etiam aliis appellatiōis, modis potest accusari: vel durante vt dixi suprà eodem, l. tempore ap- lege Iulia. pellationis ; d ¶ *Admiserint.* i. deest puniēdus liquerint. pœna mortis e ¶ *Calore.* id est iracū qua pariasunt occidere in- dia.

nocentē vel nocentē, qui t amē habet iustam causfidi contra legem Iusam defen- liam repetundarum : sionis. Bolo- non potest vsucapi. I- 1 *Flor. deest quinges.* tem venditio vel locatio facta præfidi minori pretio ad hoc vt faciat plus vel minus in officio, non tenet : nec talis res potest vsucapi priusquam redeat in potestatem eius à quo descenderat. Franciscus.

f ¶ *Vel prætori.* vel alij iudici.

g ¶ *Vsucapi.* vt ℨ. de ac.re.do.l. bonæ fidei. circa princ.

1 *Fl. Constitit.* h ¶ *Factas* præfidi vt faciat plus vel minus in officio. vel dic à præside de rebus sibi datis ob causſam prædictam. & facit Instit. de vsucap. §.aliquā do. & not. quòd desinit esse vitiosa, licet redeat in potestatem delinquentis.

i *Vi munus.*i.aliquod officiū publicum.

k ¶ *Publicè.*id est à republica.

l ¶ *Ruperunt.*id est malè se in eo habuerunt.

¶ AD LEGEM IVLIAM. DE ANNONA.

m *Onstituitur.*aliàs conſtat : & aliàs constitit. aliàs constituitur. Et no.ſpeciale, vt & aliàs ℨ. de iudi.vix.& de accuſa.l.mulierē in fi.regulariter cōtra:vt C.de iud.ſeruus.& facit ℨ.de fal.nullo.& C.de quæſtio.l.j.

n ¶ *Dicat.* ſcilicet ſeruus.

LEge Iulia.]CASVS. Qui contra annonam fecit vt carior esset,vel de hoc societatē coiuit:punitur le.Iul.de annona. Ité in eadem le.Iul.cauetur ne quis detineat nauem ferentē annonā,& pœna xx.aureorum imponitur contrarium facienti. Franc.

o ¶ *Pœna statuitur.* quæ est ſuprà de extraordina.crim. l. annona.

rantur,à nullo neque vllam quantitatem capere permittit.

1 ¶ Illud quoque cauetur,ne in acceptum [a] feratur opus publicum faciendum,frumentúmve publicè dandum, præbēdum , approbandum [2] , ſarta tecta tuenda , antè quàm perfecta , probata , præſtita legerunt [b] .

2 ¶ Hodie ex lege repetundarum extra ordinē [c] puniūtur:& plerunque vel exilio puniuntur , vel etiā duriùs,prout admiſerit [d] .† Quid enim ſi ob hominē necandum pecuniam acceperint?vel licet nō acceperint,calore [e] tamen inducti in terfecerint vel innocentē, vel quē punire non debuerant?Capite plecti debent,vel certè in insulam deportari:vt plerique puniti sunt.

VIII. Paulus lib.iiij ad Edictum.

QVod contra legem repetundarum proconſuli,vel prætori [f] donatū est, non poterit vſucapi [g] . Eadem lex venditiones omnes [1] ,locationes , eius rei cauſſa pluris minorisve factas [h] ,iritas facit : impeditque vſucapionem priuſquam in potestatē eius à quo profecta res ſit,hæredisve eius veniat.

IX. Papinianus lib.xiiij. Reſponſorum.

QVi munus [i] publicè [k] mandatum accepta pecunia ruperunt [1] ,crimine repetundarum poſtulantur.

Ad legem Iuliam de annona.

TITVLVS XII.

I. Marcianus lib.ix. ii.Institutionum.



ONſtituitur [m] inter ſeruum & dominum iudiciū , ſi annonam publicam fraudaſſe dicat [n] dominum.

II. Vlpianus lib.x.ad Offic.Proconſulis.

LEge Iulia de annona pœna ſtatuitur [o] aduerſus eum qui contra annonam fecerit,ſocietatémve

eoierit, quò [p] annona carior fiat. Eadem lege cōtinetur ne quis nauem [q] nautā mve retineat, aut dolo malo faciat, quò magis detineātur [1] : & pœna viginti aureorum [r] ſtatuitur.

III. Papirius Iuſtus lib.j.de Conſtitution.

IMperatores [1] Verus & Antoninus Auguſti in hæc verba reſcripſerunt, *Minimè æquum eſt decuriones ciuibus ſuis frumentum vilius , quàm annona exigit,vendere* [s] .

¶ Item reſcripſerunt [2] ,ius non eſſe ordini [t] cuiuſque ciuitatis pretiū grani quod inuenitur3 [v] ſtatuere.

¶ Ité in hæc verba reſcripſerunt , *Eſſi non ſolemus hoc genus nuntiationis [x] mulieres exercere : quia tamen demonſtraturam te eo quæ ad vilitatem annonæ pertinent,polliceris [y] , præfectum annonæ docere potes.*

Ad legem Iuliam peculatus,& de ſacrilegiis, & reſiduis.

TITVLVS XIIII.

Ponit quid ſpectet ad legem Iuliam peculatus.

I. Vlpianus lib.xliiij. ad Sabinum.

LEge Iulia peculat [a] cauetur , ne quis ex pecunia ſacra [z] , religioſa [a] , publicáve [b] auferat,néve intercipiat, néve in rem ſuam vertat: néve faciat quo [c] quis auferat , intercipiat,in [1] rē ſuā vertat:niſi cui vtiq; lege licebit [d] :néve quis in aurum, argentum, æs publicum , quid indat , néve immiſceat , néve quo quid indatur [e] , immiſceatur, faciat ſciens dolo malo,quo id peius fiat.

II. Paulus lib.xj ad Sabinum.

LEge Iulia de reſiduis tenetur qui publicam pecuniam delegatā [f] in vſum aliquē retinuit, neque in eū [g] vſum [1] conſumpſit.

Mperatores.]CASVS. Decuriones non coguntur vilius vēdere annonā ciuibus ſuis quàm annona exigat. Item non debet ratui vt cert' ordo hominum puta mercatorum vendat frumentū certo pretio. Ité & fœmina poteſt accuſare de crimine fraudatæ annonæ Franc.

s ¶ *Vendere.* vt & ℨ.ad municip. l. nō debere. & ℨ. de admin. rerum ad ciui.pertin.l. decuriones.

t ¶ *Ordini.* ſicut nec alicui priuato : vt C. de iudi.l. nemo. & ſuprà.re.amo.nō eſt. Sed facit.vrb.l.j.§. cura carnis. & C.de epiſc. audi. l.j. vbi de hoc dicit.


ADDITIO. Dic ſecundum Bart.quòd nō poteſt ſtatuere pretiū non iuſtum,vt hic:pretium autem iuſtum potest ſtatuere,vt in contrariis.

v ¶ *Inuenitur.* ſecundum morem loci. arg. de fal.hodie.§. j.

x ¶ *Nuntiationis.*i.accuſationis publicæ : vt C. qui accu. nō poſſ.l. de crimine. ſed hoc ſpeciale;& ℨ. de accu. mulierem. Accur.

y ¶ *Polliceris.* ô mulier.

¶ AD LEGEM Iuliā peculatus, & de ſacrilegiis,& reſiduis.



Ege Iulia peculat'.] CASVS. Lege Iul. pec. cauetur ne quis auferat ex pecunia ſacra,religioſa , vel publica , néve intercipiat , néve in rem ſuā conuertat , néve faciat ſiue procuret qp hæc fiāt ab aliquo.Ité eadē l. præcipitur ne quis adiiciat quid ferri vel immiſceat in aurū vel argentum publicū:nē ve procuret vt hæc ab alio fiant. Franc. Acc.

1 *Fl. vel furtū.*

Pecunia ſacra &c. z ¶ *Sacra.* largiſſimè pone nomen,vt pro ſacris vaſis. ad quod est in ſtitu. de pub. iud.§. item lex Iul.ſic &aliàs: vt nota.C.de conſtit.pe.l. ij.§.pen.Ité quod dicit ſacra, expone vt ℨ. l. iiij. in prin.Accurſius.

a ¶ *Religioſa.*vt in ornamentis ſepulchrorum.

b ¶ *Publi. ãve.*ſifci,vel ciuitatis Romanæ:vt ℨ.l.iiij.in fi.

c ¶ *Quo.*pro vt.

d ¶ *Legelicebit.*vt ſacerdoti de re ſacra,& officiali de re publi.cuius periculo eſt:vt ℨ.l.ſacrilegij.in prin.

e ¶ *Indatur.*id est adiiciatur ferrum vel aliquid ſimile. & facit ℨ. ad legem Cornel.de fal.l.lege Cornelia.

LEge]CASVS. Qui pecuniam publicam deſtinatā ad aliquod factum,puta ad cluſam: retinet eā,nec eam expendit in vſum in quem debebat,punitur le.Iul.de reſiduis.Franc.Accurſius.

f ¶ *Delegatam.*id est deſtinatā.ad quod ℨ.l.iij.§. ſed & qui. Accur.

g ¶ *In eum vſum.*ſcilicet in quem erat delegata.

a *Peculatus.Succeſſit.*vt in auth.de nupt.§.deportatio. & not. ℨ. de pœn.l.ij.§.conſtat.

b ¶ *Statum.*i.in pœnam ſupradictam.Accur.

c ¶ *Amittit.*hoc hodie contrà:vt in auth.vt nulli iud.§.fin.

Lege Iul.]CASVS. Hîc declarat mentem, l. proxi. præceden.

Quæ pœna impo natur ex crimine pecu latus.Secundò dicit q prædicta pœna punitur qui pecuniam ſacrā vel religioſam auferēdē ſi rem donatā deo quis auferat. Tertiò dicit, mādatis principum cauetur vt præſides cōgrāt ſacrilegos,latrones & plagiarios;& eos inuētos puniāt ſecundum modū delicti. Quartò dicit, Qui pecuniā habitam ex loca. fidei reipublicæ vel ex ſimili cauſſa in litera declarata, penes ſe retinet, lege Iu. de reſiduis punitur. Item qui pecuniam publicam habebat vt eā expenderet in aliquo facto publico, & non expēdit eam,imò retinet : pœna legis Iuliæ de reſiduis tenetur.

¶ *Non ſit.*] Locus in quo theſaurus inuenitur, non ſit religioſus, etiā ſi in monumento inueniatur : prohibitū est enim ſepeliri theſaurū. & quod prohibitū eſt ſepeliri : ſi ſepeliatur , nō facit locū religioſum. Vltimò dicit,qui rē ciuitatis Romanæ ſurripit : crimine peculatus tenetur. Item ſi res priuatorum in ædem ſacram depoſitæ ſurreptæ fuerint: actio furti cōpetit. & hoc dicit hic §. cum l. ſeq. Franc. Accur.

d ¶ *Sacram.* priuatim: ſecus ſi publicè:vt ℨ. l. vj.& l.ſacrilegi.capite. Accur.

e ¶ *Donatum.* fortè ad eius donantis honorem in loco publico: & ſic quando ad decorem publicum pertinet,locum habet hęc lex.& facit ℨ.ad l.Fal.l.j.§.ad municipū.& quod not.C.de fur.l.ſi nondum.

f ¶ *Mandatis.*principum.

g ¶ *Conquirant.*id est conquiri faciant.ſic ℨ. de infamibus. l. furti. §. mandati.& facit ℨ.de offic.præſid.congruit.

h ¶ *Prout.*ſic ℨ.de offi.præſi.diuus Mar.in prin.

i ¶ *Extraordinem.*vt ℨ.eod.l.ſacrilegij poenam.ſed certè imò ordinā ria pœna:vt ℨ.eod.l.ſacrilegi.Sol.vt ibi.

k ¶ *Ex locatione.*à publico facta. hîc exigebat nomine publico : vel erat ei data à publico vt emeret fundum fiſco,vel vt aleret aliquem à republica alendum.Vel dic quòd ipſe locabat nomine publico, & vē debat,& ſic emptione ab aliquo perfecta.pro quo infrà eodem,l.hac lege.

l ¶ *In vſum aliquem.*id est alium quàm ſuperioribus caſibus.

m ¶ *Legę.*ſcilicet de reſiduis.

n ¶ *Tertia parte.*id est in triplo eius qđ accepit:& plus:& ſic in qua druplum ſecundum P.pro quo est infrà,ſacrilegij §.fina.& l. penulti. & inſtitu. de actio.§.tripli. Alij dicunt extraordina. & amplius tertia partē ſcilicet ſuorū bonorū.tu dic in eo quod accepit , & tertia eius plus.ad quod C.de inofficio.teſtam.l.ſi quis in ſuo.& C.de liti.l.fina.Accurſius.

o ¶ *Theſaurus.*ℨ.de acquiren.rer.dom.nunquàm.§.j.

p ¶ *Non poteſt.*vt & ℨ.de reli.ſi quis.§. funeris. niſi cauſſa cuſtodiæ: vt ℨ.de acqui.poſ.peregrè.

q ¶ *Ciuitatis.*Romanæ,non alterius:vt ℨ.de furt.l. ob pecuniam. contā.

r ¶ *Committi.*aliàs committi,&-aliàs committat.

s *Dius Fratē.* imò ſacrilegii.nam facit locus vt ſacrilegium ſit:vt ℨ. de pœ.aut ſacta.§.locus q̄ est contrà.Sol.ſecundum R. & A.hîc ſubaudi,furti actionem, ſcilicet etiam , non ſacrilegij,ſcilicet tantum.& ſic vtraque via locum habet.ſimile ſubaudītum est ℨ. de acquirē.poſſ.poſſideri. §. ſi rem.& de fort.l.ſi is.

& ſi de re ciuitatis q aliquid ſurripiatur 4 † , conſtitutionibus principum diuorū Traiani & Hadriani cauetur peculatus crimen committi r , & hoc iure vtimur.

V. Idem lib.v Regularum.

DIui Verus [1] & Antoninꝰ Caſſio Feſto reſcripſerūt, res priuatorum ſi in ædem ſacram depoſitæ, ſurreptæ fuerint, furti s actionem, non ſacrilegij eſſe.

VI. Vlpianus lib. vij. de Officio Proconſulis.

SAcrilegij pœnā debebit proconſul † pro qualitate perſonæ,próque rei conditione & temporis & ætatis t , & ſexus,vel ſeuerius,vel clemētius ſtatuere,& ſcio multos & ad beſtias damnaſſe ſacrilegos , nonnullos etiam viuos exuſtiſſe v :alios verò in furcas ſuſpendiſſe. Sed moderāda pœna eſt vſque ad beſtiarum damnationem eorum , qui manu facta tēpla [1] effregerunt , & dona Dei noctu tulerunt.

¶ Cærerū, ſi quis [2] interdiu x modicum aliquid ex tēplo tulit , pœna metalli y coērcendus est: aut ſi honeſtiore z loco natus ſit, deportandus in inſulam eſt.

1 ¶ Qui cùm in moneta publica operantur 3 , extrinſecus a ſibi ſignant pecuniā forma publica , vel ſignatam furantur, hi non videtur adulterinam monetā exercuiſſe, ſed furtum publicę monetæ fecisse:quod ad peculatus b crimen accedit.

2 ¶ Si quis ex metallis Cæſarianis aurum , argentúmve furatus fuerit , ex edicto diui Pij exilio

tum ſurripuit:in exilium vel in metallum damnatur ſecundum qualitatem perſonæ. Tertiò dicit,qui auxilium præſtitit furanti pecuniam publicam:punitur in quadruplum vt manifeſtus fur,& infamis ſit.Ité qui ex metallo Cæſaris aurum accepit illicitè,& cōſtituit, in quadruplum punitur.Franc.Accur.

t ¶ *Et ætatis.* videtur ergo extraordin.& ſic est contrà ℨ. eodem , ſacrilegi capite.ſed & iſtæ ſunt capitales.vel dic vt ibi. Ité quod dicit moderandam pœnam pro ætate & ſexu,facit ℨ.de adulter.l.ſi adulterium.§.fratres. & de termino moto l.ij.de minoribus,auxilium.item ad hoc ſuprà de incendio rui. naufrag.Pedius.§.primo.& l.nequid.§. primo.

v ¶ *Exuſſiſſe.*id est combuſſiſſe.

x *Interdiu.*id est ex die.

y ¶ *Pœna metalli.*quæ minor est quàm beſtiis ſubiici. vt hîc colligitur.nam grauius pro nocturno puniendus est:vt ℨ.de effra.& l.ſi Item not.modicum,vt pro modica re magna pœna. argumen. contrà ℨ.de dolo l.ſi oleum. in fin.

z ¶ *Honeſtiore.*ad hoc ℨ.de ter.mo.l.ij.& de arbi.l.ij.§.ij.in fine.& C. de ſacroſanctis eccleſiis.l.placet.in fin.& ℨ.ad le.Cor.de ſicariis.l.iij. §.pen.& ℨ.de pœna.l.capitalium.in fi.& ℨ.de re milita.l.iij.§.is qui ad hoſtes.& ℨ.proxi.§.ſi quis ex metallis.

a ¶ *Extrinſecus.*id est extra eam quam de publico faciunt in alia manu:vt ſibi habeant & faciant, publica forma tamen,vt ſubiicit : aliàs tenetur crimine falſi:vt C.de falſa monet.l.ij.& ℨ.de Falſ.l. lege Cornē.& l.qui falſam. Accur.

b ¶ *Quod ad peculatus.* R. hîc habet §. alij non , ſed ℨ. ſi quis &c.

4 *Fl. aliquid fabricatur Mauiſcor. aliquid quis fabricat.*

† Vide hîc mancipium.§.fin. & C. Alcia. lib.di. de teſt.l.j.& ℨ. de ope. ſpūct.j. ciij. no.nō. de pupillo.§.ij. 2 *Fla. Seuerus.*

† Adde q non tantùm proconſul. i. iudex laicus. & ecclesiaſticus de ſacrilegio co gnoſcit:vt c. cū ſit grauē. & ibi no tati in apoſtil. ad Pan. de nu. j. in ver. incen. ruina naufrag. tam ſecula. & loco.Sed quādo q̄d tis quam ecclesiaſticus incipit eſſe ſacrū : dic vt C.de fur.l. ſi nondū. extra de ſponſa. & ſecundū can.eſt ſecus:vt xvij. q.iij. quiſquis. Item facit etiā ℨ. C. de epiſc. & de vi & vi arma.l.j.§. cleri. illud.& §.ſi quis. & §. 1 *Fl. templum j. ſed arg. contrà.C. de epiſcopi. & cle. l. ſi quis in hoc. vel dic tertiò hîc res priuata de ſacro : ibi res ſacra de ſacro : & ſic locus facit ſacrilegium vel furtū.quod in idem recidit.* *effugerunt.* 3 *Flo. operantur.*

Aerilegij.]CASVS. Hîc dicit q̄ procōſul imponit pœnā ſacrilegij pro qualitate perſonæ quādoq; acriter, quandoq; leuiter.

¶ *Qui cùm.*] Qui nomine ciuitatis faciunt pecuniam publicā, & partē pecuniæ ſibi retinent, partem aſſignant ciuitati:non ſunt falſarij,ſed fures,& ideo pecuniæ crimine tenentur.Secundò dicit, qui ex metallis Cæſarianis aurum vel argentum ſurripuit:in exilium vel in metallum damnatur ſecundum qualitatem perſonæ. Tertiò dicit,qui auxilium præſtitit furanti pecuniam publicam:punitur in quadruplum vt manifeſtus fur,& infamis ſit.Ité qui ex metallo Cæſaris aurum accepit illicitè,& cōſtituit, in quadruplum punitur.Franc.Accur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Punitur*.per hanc l.vt ℣.l.iij.in fi.& ℣.ea.l.in fi. primi casus. & facit j.de poenis.l.si quis.in princ.
b ¶ *Signum*.aliàs signum,ad quod C.ad leg.Fla.de Pla.si quis.
c ¶ *Condemnatus esset*.id est punitur in quadruplum eius quod ablatum est,& datur fisco proposita actione huius l.vel actio. in factũ. & pro hoc j.l.pen. & j. proxi. respon. nam & aliàs qui opem præstat furi, furti tenetur : vt Insti. de ob. quæ ex delic.§. interdum furti. sed ob. manifestus fur tenetur condictióe fur. sed istę qui opem tulit, non : vt ℣.de condi. furt. proinde. ergo nõ est idem. item qui præbet opem furto manifesto : nõ tenetur furti manifesti, sed nõ manifesti : vt ℣. de furt. is qui opẽ. ad quod dic ꝙ pinde habetur : non tamẽ per omnia idem. sic ℣. qua. rerum actio nõ datur.l.j.§. in summa. sic & aliàs nihil interest:non tamẽ ꝙ omnia nihil, vt ℣. de inter.act. de ætate. §. nihil. & insti. de vsufru. §. nam extraneo. & ℣. de compen.postquam. & C.de procu.l. nihil. & de erro.addu.l. j. & ℣.de pig.act.l.solutum. §.si quasi. & ℣.de statulibe.l. statuliberi à cæteris. in princ. & insti. qui mo. ius pa. po. so.§.nostra.& C. de iure do. l. vbi. in me. & ℣.de accusa. hos accusare. §. si seruus. & ℣. de poe. l. capitalium. & ℣.de acqui. poss. naturaliter.§. ratio. & de vsucap. nunquam. §. si seruus. & pro empt. qui fundum.§. fi. & de solu.§. ita Ripulatus. & arg.℣. de iureiuran. sed & fi.§. fi.
d ¶ *Famosus*.condemnatione facta:ad quod ℣.ad leg.Iul.de vi pri. l. j. Alij quòd de facto tantũ non facta cõdemnatione. Alij ipso iure cõdemnatione etiam nõ facta.sed hoc non est in furto:sed demum post sententiam : vt suprà de iis qui no.infa.l.furti.& l.j.§.qui furti.
e ¶ *Ex metallo* Cæsaris:vt ℣.proxi.§.
f ¶ *In quadruplum*.proposita actione huius. l. vel actione in factum. arg.℣.ad Fal.l.qui nomine.verum hic datur fisco.quod dic,vt j.l.pe.
g ¶ *Non oportet*.sic in adulterio:vt ℣.de adul.l.quinqueniũ.regulariter contrà:vt C.de fal.querelam.
h ¶ *Vi tabulam aneam*. aliàs æreã,aliàs æneam.& dic publicã: vt j.l.hac lege.Accur.
i ¶ *Agrorum*.pro eodem ponit:vt campus fori sunt torneaturæ tot.
k ¶ *Continentem*.vt mensuræ viarum:vt circa curiam.
l ¶ *Induxerit*.id est ducendo penam subtus.
m ¶ *Acrilegi*.JCASVS. Primò dicit,qualiter puniatur sacrilegium. Secundò dicit,qui sint sacrilegi: Tertiò punit eos qui intrauerunt res sacer totum vel ædes eorũ per vim aliquid accipiendo:& puniuntur minus quàm sacrilegi:& plus quã fures.iudex ergo inquirere debet quod sit sacrum verum vel quasi,& quòd crimẽ cadat in crimẽ sacrilegij.¶ *Labeo*.] Labeo definit peculatũ.Secundò dicit,quòd in casu qui surripit pecuniam priuatam,committit peculatum. & ponitur exemplum in litera.Tertiò dicit,qui pecuniã publicã traiiciendam suscepit,vel similis persona ad quã spectat periculum, nõ committit peculatũ.Quartò dicit,qui fecit potestatẽ tabularum publicarum inspiciendarum & describendarũ sine parabola eius qui præerat his factis,committit peculatum.Quintò dicit, qui pecuniam publicã habebat ad expendendũ in certos vsus,& eã retinuit,nec expẽdit vbi debebat,crimine peculatus tenetur.Vltimò dicit, debitor fisci dedit mihi pecuniã vt eã solueré ærario siue fisco.& ego coram procura. cõfessus sum eam habere.recessi aliqua de causſa in prouinciã,& nõ solui.Dicitur quòd non teneor de residuis:sed fisci debitor sum,& coget me procurator Cæsaris ad soluendum pignora exigẽdo,& me detinẽdo, & multã indicendo,& si per annum ita quòd non soluam:de residuis teneor.Et hoc dicit hic §. & lex.Franc.Accur.
n ¶ *Capite*.imò extra ordi.vt ℣. eo.l.lege.§. mandatis. & l. sacrilegij. Solu.& illæ sunt capitales. secundũ Azo.vel dic triplex sacrilegium. Primum verum de quo subiicit, sunt autem. &c.& fit sacrũ de sacro. Secundum quasi sacrilegiũ: de quo subiicit:atqui &c. & tunc extraordin.vt ibi.
o ¶ *Compilauerunt*. aliàs compilauerint.sic ℣. loca.l.dominus. sed in libro B. cõfiauerint. sic C. de sacrosan. eccle. auth. præterea. & quod dicit publica sacra, vt confecrata per pontifices,vt Instit. de re.di.§.nullius.priuata sacra in quibus committitur quasi sacrilegium , appellat confecrata per principem : vt ℣. de re. di. l. sacra. vel appellat sepulchra quæ quis facit priuatim inferendo mortuum : vt Insti. de re. di. §. religiosum. vbi quasi sacrilegium cõmittitur si contingantur:vt C.de sepul. vio. l. j. vel priuata sacra appellat res sacer dotũ quas pro se vel ecclesia habent. argu. C. de episc.& cle. l. ij. Item quod subiicit ædiculas : diminutiuum est : vt & aliàs seculi & heduli.vt Insti. de re. di. §. in pecudum. & dic esse domũculas nõ sacras, sed sacer dotibus relictas, & propter vilitatem incuriositas. vel dic domunculam, quæ est iuxta ecclesiã in qua sacer dos morat: quas vocamus canonicas.vel illa in qua sacra vasa reponuntur. & dic tunc incuriositas : quia tunc ibi non erat custos:& sic ponitur in pro non, vel etiã in pro valde:vt ℣.de lib.& posthum.l.Gallus.§.ille.Est & tertiũ quasi sacrilegium,de quo tractatur C.eo.l.j.ij.iij.& iiij.
p ¶ *Sacrum*.aliàs factum.& tunc verum vel quasi.
q ¶ *Sacrilegij*.scilicet veri vel quasi.
r ¶ *Considerandum est*. vt sic capitis vel extraord. pœna imponatur. vel dic vt sic maior vel mediocris pœna imponatur.
s ¶ *Aedituum*.i. qui ædes tuetur.sic Instit.de ture.§. j:
t ¶ *Non admittere*.vt ℣.§.proxi.in fi.
v ¶ *Inferius scribit*.Idem Labeo.de quo ℣.proxi.§.dixi.
x ¶ *Facere*.s.quandoque:vt si quis &c.& ideò malè staret hic §. quia sic contradiceret ℣.l.lege.§.fi.& quod ibi dixi.Item contrà:j. eo. peculatus.Sol.vt ibi.
y ¶ *Qui pecuniam* publicam.
z ¶ *Traiiciendam*.i.quæ traiici debebat.
a ¶ *Susceþit*. s. in suos vsus.
b ¶ *Quilibet*. custos pecuniæ publicæ.
c ¶ *Non committit*.vt & ℣.§.Labeo.sed lege de residuis tenetur:vt ℣. eod.l.j.& iij.§. lege.& §.sed & qui.
d ¶ *Qui iniussu*.id est sine iussu.
e ¶ *Fecerint*.scilicet alicui.
f ¶ *Aliquos*. subaudi destinatam. & sic ad præcedentia respicit, & quod subiicit,hac lege,s.de residuis.vt diximus ℣.§. is autem &c.
g ¶ *Labeo*.construe.Labeo ait non esse actionem residuæ pecuniæ cũ eo &c. Accur.
h ¶ *Vm eo*.aliàs §.cum eo.& aliàs lex Labeo.
i ¶ *Abiret*. propter aliquod suum negotium. si autem nuntius publicus esset,acquisita esset fisco tradente hoc gerente:vt ℣. de do.l. qui mihi donatũ.nec ob.℣.de acquir.rer.do.l.res.quia ibi neuter gerit,vt mihi qui æreretur.Accur.
k ¶ *Pecuniam*.s. datam ab alio vt ad ærarium deferret.
l ¶ *Professus*.se habere apud ærarium confessus fuit priuatus:& ideo non adhuc publica erat.
m ¶ *Priuatus*.qui soluit isti.
n ¶ *Debitores*.fisci.

a ¶ *Retinendo*.ad hoc C.qui bo.ce.pos.l.j.& ℣.quæ in fraud.credi.l.fina.in fine.
b ¶ *Multam*.hæc enim sunt remedia cogendi:vt ℣.de ven. inspicien. l.j.§.quid ergo.
c ¶ *Sed eam*.scilicet pecuniam.
d ¶ *Residuam*.idest, vt residuam , si tanto rem pore differat, haberi.
Hæc lege. JCASVS. Quidã gubernator rerum publicarum cùm venderet fundum reipublicæ vel locaret certo pretio:scripsit in libro rationum suarum vbi scribebat omnia quæ faciebat in his factis, minori pretio vendidisse vel locasse quàm esset verum. Dicitur ꝙ tenetur hac l. scilicet peculatus.vel dic de re fiduis. Secundò ponit quandam fabulam, & est Ieuis.Franc.
e ¶ *Venierit*. id est, cùm venditur aliquid à fisco vel locat.& dic.l.hæc.s. peculatus. vt ℣. l. qui tabulam. alij de residuis : vt ℣. l. iiij. §.Iul. & erat venditor & locator nomine publico : & redigebat in scriptis. si autem alius notarius, tenetur crimine falsi:vt ℣. de falsſ. l.j.§.qui in rationibus. sed certè & istę per eã dem legem.
f ¶ *Arculam*. id est, parua arcula.
g ¶ *Conuictum*.iuuenẽ prædictum.
Qui perforauerit.] CASVS. Qui frangit muros ecclesiæ,vel de ecclesia aliquam rem sacram auferet, peculatum committit.Franciscus.
h ¶ *Qui perforauerit muros*. publicos puta mœniæ ciuitatis romanæ : vel die muros ecclesiæ : licuius.
i ¶ *Abstulerit*.pecuniam publicam,vel sacram,vel religiosam vel lapides.
k ¶ *Actione*.sic eeontrà in authen.de sanc.episc.§. si quis autem pro pecuniaria.
Peculatus.JCASVS. Debebas mihi x.item fisco debebas aliquã pecuniam.exeg à te x.quæ mihi debebas.non committo peculatum quasi pecuniãi fisci accipiam,cùm adhuc sis debitor fisci.Franciscus.
l ¶ *Et fisco debet*.aliam quãtitatem fisco,& aliam mihi debet. & die exigo meo nomine tantum,aliàs contrà.suprà eodem. l. sacrilegi. §. eodem, & C.de exa tri. l. quoties. quæ sunt contrà vel hic ignorabat fisci debitorem:ibi sciebat.Item hic erat communis debitor : sed suprà fisci tantum.hoc tamen casu fiscus aduocat à me:vt infrà de iure fisc.deferre.§.fin.
Si quis prædam.JCASVS. Prædam captam ab hostibus virtute militum fisci,& sic erat publica effecta,surripuit.Dicitur quòd crimine peculatus teneor,& in quadruplum punior Fran. Accur.
m ¶ *Captam*.virtute militum nostrorum , & sic fisci factam : vt ℣. de capt.l.si captiuus.§.j.
n ¶ *Tenetur*.& sic accusatus deportatur:vt ℣.l.iij. Itẽ ciuiliter actione in factum,vel condi.ex hac l.in quadruplum fisco.ad quod ℣. eod. sacrilegij poenam.§. fi.Vel dic quòd solam quadrupli poenam patitur,quocunque modo contra eum agatur.ad quòd ℣.de fal.l. pen. §. Quòd solùm triplum erit poena.ar.℣.de poe.l. interpretatione.
Publica.JCASVS.Accusatio criminis peculatus,item de residuis, item repetundarum,licet sint publica crimina,competunt tamen aduersus hæredes delinquentium,eãm in qualibet earum quæstio ablatæ pecuniæ moueatur.Fran.
o ¶ *Hæredem*.est hic speciale vt incohentur cõtra hæredes. ad quod ℣.de accus.l.ex iudiciorũ.& j.ad Turp.in senatus.§.si propter.& ℣.ad leg.Iul.repetundarum.l.ij.
p ¶ *Principalis*.est & alia ratio:quia turpia lucra,&c.vt ℣.de calum. l.in hæredem.& j.de iure fisci.l.Lucius.

¶ AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV.

Hæc lex.] CASVS. Hæc lex in vrbe nõ habet locum , cùm ibi princeps det magistratus. si autem in alia ciuitate per pecuniam quis petierit magistratum aut sacerdotium : (& hoc expone vt in gl.) punitur cẽtum aureis, & infamis fit. Et si dãnatus hac lege accuset alium de simili delicto , & cum cõuincat, restituitur in pristinũ statum : pecuniam tamen non recuperat. Item qui instituit nouum vectigal,hac pœna tenetur. Item si accusator vel accusatus intrat domum iudicis rogando eum vt iudex faueat ei poſteà,in cẽtum aureis punitur. Franc.Accur.
q ¶ *In vrbe*. Romana, per excellentiam : vt Inſt.de iu.na.§.sed ius quidem ciuile.Accur.
r ¶ *Fauorem*. est enim quidam fauor vel honor habere electionem magistratus.
s ¶ *In municipio*.largè etiam pro ciuitate vbi princeps non eligebat sed populus : vt in authen.de defen.ci.§.in terim.
t ¶ *Contra hanc legẽ*. s.per pecuniam : vt C. eo.l.fin.& hoc si clam: secus si palam,vt j. de pœ.l.j.§.j. & l.ſi quis. & ob.j. de dec. l. eos. & ℣.de do.l. hoc iure. in prin.& de offic.præ.
℣.l.Barbarius.quæ sunt contrà.arg.ad hoc ℣. de admin.tut.l. non existimo. Item qui episcopatum desideraſt, &c.non vt præsit , sed vt prosit.Sed quid si præses tantùm videtur idem si clam : vt C. ad leg.Iul. repetun.l.fi.in prin.ibi, ambitu vel pretio.Item quid si alius eo ignorante pecuniam dedit:fortè non incidit iste in legem:licet decretistæ dicant secus.
v ¶ *Sacerdotium*. dic esse dignitatẽ secularem:vt & C.de natu.li.l.j. multò magis esset idẽ in ecclesiastica:vt C.de epi.& cle.l.ſi quenquã.
x ¶ *Per senatusconsultum*. ſ. factum ad interpretandum hanc legem.
y ¶ *Cum infamia*.& sic non admittitur ad postulandũ:vt ℣. de postulan.l.j.§.ait prætor.
z ¶ *Conuicerit*.. aliàs conuicerit,aliàs conuenerit.& dic alio crimine secundum quosdam:imò dic simili crimine:& est mirum. sic ℣. de re milita.l.non omnes.§.ſi.& C.ad legem Iul.maiesta.quisquis.in ſi.& ℣. de custo.reo.l.in eos.& C de pœ.iud.qui malè iudic.auth.nouo iure. & C.de fal.mo.l.j.§.accusatoribus.sed contrà.℣. de minor. l. auxiliũ. in prin.sed ibi vt alium accuſet,hìc vt ſe excuſet,restituitur.
a ¶ *Recipit*. imò adhuc in quadruplum dans & accipiens fisco dãnatur:vt C.ad leg.Iul.repe.l.ſi.§. ſi.& facit ℣.de tu.eos.item facit ℣.ad l. Iul.de vi priua.l.j.in prin. sed in quo restituitur ſi pecuniam non acceþit?Respon.in fama.sic C.ad Tertul.l.ſi quis.
b ¶ *Instituerit*.etiam ſi id non exerceat.nam ſi exerceat, lege Iulia de vi fieret reus:vt ℣.ad leg.Iul.de vi pub.l.ſi.item facit C.no.vec.Inſtit. non poſ.per totum.
c ¶ *Et si quis reus*.id est accuſatus.& sic de criminali causſa tantùm.
d ¶ *Iagrediatur*.ſ.ſtudio,vt iudex faueat ei poſteà.sic C. de offi.ciui. iudicum.l.j.
e ¶ *Iudiciariam*.Item quarto casu cùm quis suſcipit iterum dignitatem vel officium in quo semel fuit : & ei imponitur pœna deportationis : vt C.eod.l.j.& dic vt ibi.Et dic quòd hæc lex iudiciaria fuit facta ſuper l.Iul.de ambitu.Accur.

1 Flor. deuſh punitur.

a Et istа est veritas:vt in c.ſuper eo.& ibi no. in apoſt. ad Panor in ver. impedit. ex tra de elect. & in li.vbi e tiam notaui in addi. ad Jacob.rebuf. in ver. ab horibus & dignitare. num. j. C.de Inſa.lib.x.

1 Flor. aream legis.

2 Flor. deſsh punitur.

Flor. locauerit, ſpoſperit. Ellorrus.

1 Fla.deſsh.

2 Flor. trigeſimo octauo.

3 Flor. eſt præcedentis ij.§. & vltimo.

2 Fl. cùm prouincia adiret.

3 Fla. ſcrib.

1 Fla. De lege Iulia ambitus. † al. Ad legẽ Iuliam ambitus.

2 Fl. ſenatuſconſulto eo tempore aureis.

3 Fl. aureis.

2 Fl. plectitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶AD LEGEM FLAVIAM
de plagiariis.

SI *liberum.*]CASVS. Qui sciens liberum hominẽ vendidit, item qui sciens emit, punitur pœna legis Flauiæ: & est pœna capitis, sed qui seruum suum absentem vendidit non punitur. Item si tibi mando vt seruum meum fugitiuum persequaris & vendas: non punior hac lege. Idem si tibi mandauit vt seruum meum fugitiuum deprehendas, & eum deprehensum habeas emptum pro decem, etiam non punior. si autem seruũ meum in fuga constitutum vendo: punior hac lege. & h. d. hæc lex & seq.

a ¶ *Sciens.* secus si ferè non credens: vt ff. eo. l. legis.

b ¶ *Capitale.* hoc die, vt C. eod. l. fin. & ff. eo. l. fin.

c ¶ *De plagio.* à plaga dicitur, id est dolore, infligit enim &c. vt C. eod. l. fin. aliàs plaga, id est vulnus: vt ff. ad leg. Aquil. fi ex plagis. & facit C. eod. liberũ. & C. vbi de crimi. agi opor. l. sciens. Accursius.

d ¶ *Quo.* id est hoc crimine legis Flauiæ de plagiariis.

e ¶ *Vendiderit.* Sed an idem si quis sciens vendat vel emat seruum a lienum, vel aliàs contrectet? Respon. sic si animum celandi dominus habuit: vt ff. eo. l. pen. §. lege, & nihilominus furti & ser. cor. vt C. eo. l. j. aliàs si non habuit animum celandi, non nisi ser. cor. vt infrà l. pen. §. planè. vbi autem exportatur liber vel seruus: indubitanter habet locum hæc l. vt C. eod. l. quoniam.

f ¶ *Ciẽdum. Senatusconsultum.* facit C. eod. l. in fuga. & die vt ibi. & facit ff. de cõtrahẽ. empt. quod sæpe. §. ij. Accur.

g ¶ *Seruorum.* id est seruos in fuga constitutos.

Egis Flauiæ.]CASVS. Si sumpsi sue celaui seruum alienum credens meum, vel credens domini sui voluntate facere: non teneor l. Flauia: cùm lex Flauia puniat tantum dolum. Secundò dicit, cùm venderes liberum hominem hoc sciens vel aliter: in l. Flauiam incidisti, licet decedat is homo cuius occasione incidisti in l. Flauiam: adhuc tamen teneris pœna. l. Flauiæ. Fran. Accursius.

h ¶ *Legis Flauiæ.* expositio superioris. ad quod infrà de verbor. sig. bonæ fidei. & suprà de contrahen. emptio. qui à quolibet. & adde quod notat. C. eo dem, lege, plagij criminis. Item facit eodem titul. lege, comparentem.

i ¶ *Lex.* Flauia. Accursius.

k ¶ *Adiicitur.* in l. Flauia. Accursius.

l ¶ *Legis Aquil.* si seruum meum vulnerasti, & fic nata est mihi Aquilia: nõ liberaris, licet postea decesserit: vt ff. de actio. & oblig. quæ

vt & ff. de iudic. eum. §. j.

r ¶ *Furti.* vt si opem ad furtum præstitit: vel quia etiam corrupit vt fugeret: nec furripuit vt exportatione dominum celaret: vt dixi ff. l. j. & facit ff. de fur. fullo. §. qui ancillam. Accursius.

s ¶ *Pasceretur.* aliàs pascereturs, aliàs pacisceretur. ad quod est C. de ser. fugi. l. quicunque. §. quòd si.

t ¶ *Vt liber.* aliàs vt liberi: & tunc transit de singulari ad pluralem. ad quod C. de in ius voc. l. fin.

v ¶ *Earum quæ re.* id est aliqua. Accursius.

x ¶ *Eius pœna.* scilicet legis Flauiæ, & etiam legis Iuliæ de vi. vt C. eodem. l. j. & inter dicto de liber. hom. exhib. vt ff. de liber. hom. exhi. l. iij. & facit C. eodem, l. ij.

Pœna

Ad legem Flauiam de plagiariis.

TITVLVS XV.

I. Vlpianus lib. I. Regularum.

SI liberum hominem emptor sciens a emerit, capitale b crimen aduersus eum ex lege Flauia de plagio c nascitur: quo d vẽditor quoque fit obnoxius, si sciens liberum esse vẽdidit te e.

II. Idem lib. ix. de Officio Proconsulis.

SCiendum est, legem Flauiam ad eos non pertinere, qui cùm absentes seruos haberent, eos vendiderũt: aliud enĩ est abesse, aliud in fuga esse. Item non pertinere ad eum, qui mandauit seruum fugitiuum persequendum & distrahendum, nec enim fugam vendidit.

Vel dic quòd hîc erat publicata:vt in authen. vt fra.ff §. illud. vel his scilicet originalibus.ad quod C.de eden.l.procurator. Accur.

f ¶ *His actis.*vel is cui fit editio.

g ¶ *Quoties apud fiscum.*id est,apud fisci procuratorem.

h ¶ *Postulanda est.*ab iis qui inter se agunt. & de actis illius caussæ die vt C.vt lite penden.l.supplicare. & C. de edendo. l. is apud. non autem dicit de actis fisci,de quibus dixi ff.proxi.§.& dic potestas, id est editio:vt possit videre aperta.

i ¶ *Commentariensis* sic dictus quia ei sunt acta cõmissa. Aliter autem ponitur C.de custo.reo.l.ad commentariensem.

k ¶ *Adnotanda sunt.*vt significet quam & in qua parte habeat literã amissam.ad quod in authen.vt diuinæ iussiones.

l ¶ *Aliter.*quàm sint scripta. Accur.

m ¶ *Cadat.*qui falsitatem committit in caussa,perdit eam.nec est cõtrà C.de formul.l.j.quia in alio casu dicit. Accur.

n ¶ *Apud fiscum.*ex caussa restitutionis:vt suprà, de minor..l. præfecti. Azo.

o ¶ *Postulatus.*id est, denuntiatus per aliquem quod aliqua ad fiscũ pertinentia tenet.vel dic petitus,scilicet vsus actorum. & facit C. de tempo.appel.l.per hanc.

p ¶ *Pro quo.*ad quod infrà,de censi.l.cùm possessor.in princip. & suprà,de fideiussl.fideiussores.& suprà,de sol.Stichus.§. penulti. & C. de fideiuss.l.cùm eorum.

q ¶ *Ad comparandam.*quia soluit vsuras pro dilatione,quod est pretium dilationis.imò planè potest legi. & dic comparandam, id est, inueniendam.

r ¶ *Plus quàm.*minus ergo esse potest:vt ff.de vsur. l. fi bene. & facit C.de dila.l.j.item facit ff.de re iudi.l.ij.

s ¶ *Postulandum est.*ad hoc ff. de pœ. diui fratres.§.j.

t ¶ *Si principalis.*dic bona occupata, quia non soluebat. si autem successisset fiscus reo:ipso iure liberati essent fideiussores fisci quos fiscus accipiebat ex contractu, etiam si reus non esset soluendo : quia fibi hæredi dicitur soluendo : vt suprà ad legem Falcidiam. l. & quærebatur. Item habeas infrà, nisi fortè, &c. & dic idonei, scilicet rei sint. vel dic rei idonei sint fideiussores. vel dic bona, vt sic verbum idonei sit genitiui casus:hoc est pro non idoneo. interfecerunt.Alij dicũt idonei nominatiuum:& supponere, scilicet debitores principales.quod in idem recidit:sed tũc de singulari numero ad pluralẽ transiret.Et quod dicit accesserũt,dic quod tũc si fiscus actorum suorum exẽpla hac conditione edit, u ne is [a] cui describendi fit potestas,aduersus se [b] vel rempublicam [c] his actis [d] vtatur [e],de quo cauere compellitur: vt si vsus his [f] contra interdictum fuerit,causa cadat.

6 ¶ Quoties apud fiscum [g] agitur: actorum potestas postulanda [h] est, vt meritò his vti liceat:eaque manu Commentariensis [i] adnotanda [k] sunt. Quòd si ea aliter [l] proferantur:is,qui ita protulerit, causa [m] cadat [n]. ¶ Quoties iterum apud fiscum [o] eadem caussa tractatur, priorum actorum,quorum vsus nõ fuerat postulatus [p],ex officio recitatio iure poscetur.

Soluens fisco pro alio habet priuilegiũ fisci de persequẽdis bonis eius pro quo soluit. hoc dicit.seq.plana sunt.

7 ¶ Qui pro alio à fisco conuẽtus, debitum exoluit:non iniquè postulat persecutionem bonorum eius pro quo [q] soluit:in quo etiam aduuari per officium solet.

8 ¶ Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam [r] pecuniam dilationem negari non placuit. Cuius rei æstimatio ita arbitrio iudicãtis conceditur,vt in ma

1 Flo. sus pe.

2 Flor. post.

3 Flo.ipse ar tem.

ioribus summis non plus quàm tres menses: in minoribus verò nõ plus quam duo prorogentur. prolixioris autem temporis spatiũ ab Imperatore postulandum est [s].

9 ¶ Si principalis [t] rei bona ad fiscum deuoluta sunt, fideiussores [v] liberantur:nisi fortè minus idonei sint , & in reliquum non exolutæ quantitatis accesserint.

10 ¶ Si plus seruatum est ex bonis debitoris à fisco distractis [x]: iure ac meritò restitui [y] postulatur [z].

11 ¶ Cõductor ex fundo fiscali nihil transferre potest , nec cupressi materiã [a] vendere,vel oliuæ,non substitutis [b] aliis , cæteràsque arbores pomiferas cædere [c]: & facta eius rei æstimatione [d],in quadruplum conuenitur [e].

12 ¶ Minoribus vigintiquinq; annis neque fundus neque vectigalia locanda sunt : ne aduersus ea beneficio ætatis vtantur [f].

XLVI. Hermoge. lib.vj. Iuris Epitomarũ.

AVfertur ei quasi indigno [g] successio , qui cùm hæres institutus esset vt filius:post mortem eius qui pater dicebatur, suppositus declaratus est [h].

1 ¶ Qui aliqd sciens in fraudẽ fisci suscepit [i]:non solũ rẽ in qua fraudem fisci acceperat ex cõtractu:prout habes nisi: non illi qui interfuissent apud alios creditores: vt C.de fideiuss.l.j.contrà.vel vt ibi.

x ¶ *Distractis.* id est, plus vendidit quàm deberet exigere.

y ¶ *Restitui.*scilicet illud plus.

z ¶ *Postulatur.*à debitore.ad quod C.de iure dom.impe.l.fi.§.fin. aliàs postulantur,scilicet quæ sunt seruata vltra debitum.

a ¶ *Materiam.* quid materia , quid lignum dic vt ff.de legat.j. ligni in prin.

b ¶ *Non substitutis.* arboribus.

c ¶ *Cædere.* id est incidere.

d ¶ *Æstimatione.* scilicet, si contrà fecerit.

e ¶ *Conuenitur.*facit ff. solut.matrimonio.l.dẽ uortio §.fi in fraudem. & locati.l.si merces.§. culpæ.

f ¶ *Ptantur.* etiam cõtra fiscum.ad quod ff.de mino.si ex caussa. §. penul. & de publ.l. Imperatores & C.si aduer.fi.l.j.& ij.

AVfertur.] CASVS. Testator instituit quendam vt filium suum. post mortem testatoris apparet q ille non fuit filius eius. dicitur q huic instituto auferuntur bona vt indigno, & ad fiscum vadũt. Secundò dicit:qui in fraudem fisci emit aliquid à debitore fisci, rem illam perdit:& tantundem de suo.

¶ *Quòd à præside.*]Si præses provinciæ vel procurator fisci,vel Cæsaris vel quilibet alius in prouincia quã administrat, à sibi subdito emit aliquam rem per interpositam personam:ille, qui vendidit,vendicare potest rem suam:& qui emit,æstimationem rei dat fisco.nam nec nauem in prouincia quam administrat fabricare potest.

¶ *Fisci s.*]Ex omni contractu habet fiscus tacitè obligata bona contrahentis secum.Secundò dicit Debitor fisci conuentus à fisco potest opponere compensatio.de eo quod fiscus ei debet si hoc debitũ probet intra duos mẽses:fallit autem in casibus vbi non obiicitur compensatio contra fiscum,quos nominat in litera.Item accusatus de aliquo delicto,interim potest bona sua administrare,& debitor eius soluendo ei liberatur. Item actor institutus à procuratore Cæsaris vel fisci non potest vendere absque scientia principis seruos cæsaldiones aliquorum bonorum fisco delatorum. Ité seruus Cæsaris si iussu procuratoris Cæsaris adiit hæredi. Cæsari delatã : Cæsari volenti acquiritur. Vltimò dicit:plures surripuerunt rem fisci. omnes non tenẽtur vltra quadruplum:& qui sunt idonei, pro non idoneis tenentur. Franc.

g ¶ *Indigno* non tamen fisco applicatur:sed agnatis : vt C. de hæred. instituen.l.fi pater.& l.nec apud.§ finali.quæ sunt cõtrà. nam nec hîc dicit fisco applicari.vel verius vt faciat ad titulũ, dic hîc applicari fisco,& eum non habere aliquos agnatos.& facit C.de fideicommiss.l. eam quam.& de testamẽ.l.neque professio.& de inge.ma.l.j.& quod no.C.de iis qui.vt indig.l. hæreditas. sed secundùm primum intelectum fallit hæc regula,quæ auferuntur indignis, applicari fisco:vt & not.ff. eod.l.Lucius.

h ¶ *Declaratus est.*per accusationem de partu suppositò. de quo dic vt not.C.de fal.l.j.vel per petitionem hæreditatis.agente legitimo,cùm non valeat institutio ipso iure,vt C.de hæred. instit.l.nec apud. & de fideicommiss.l.eam quam. Accur.

i ¶ *Suscepit.*à debitore fisci fortè,aliàs cõtrà:vt ff.ea.l.§.fin. & de ad ministra.re.ad ciui.perti.l.fi.§.iij.& ff.eo.in fraudem.in prin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Vel procuratore.* fiscl, vel Cæsaris. Et dic quod isti emunt.

b ¶ *Vendicatur.* quia priuatus qui vendidit vendicat. & officialis de suo dat fisco eiusdem rei æstimationem: sed videtur in quadruplum: vt §. de contrahen. emp. l. non licet. contrà. Sol, dic æstimationem: scl. licet in quadruplum. vel hîc à priuato aliquo de sua iurisd: actione emittit: ibi ab ipsa republi. quã administr. vel dic quòd hanc æstimationem præstat vendi tor, puta pretium quod habuit. vt arg. §. de contrahen. emp. l. senatus, & dd. dã. infect. l. vlti. & secundũ hoc nihilominus fiscus habebit quadruplum. & facit C. de cõtra. iudi. l. j. & §. de re milita. l. milites. & §. de admi. rerũ ad cimi. pert. l. ij. §. j. & C. quod me. cau. lege, si per impressionem.

1 Elar. dæsi. autem. hoc autem fallit in esculentis, vt §. de off. pro consolẽt. Item quãdo paterna erãt: vt not. §. de cõtrahen. emp. qui officij. vel nisi in casu quando confirmatur quinquénio: vt C. de condict. indebi. l. j. in

2 Manuscrip. pributorum. princi,

c ¶ *Et nauem.* facit §. de vac. mu. l. hi qui.

d ¶ *Aedificare.* id est facere.

e ¶ *Pignoris.* ex suo contractu: vt C. quib. cau. pi. ta. cõ. iij, non si

a Ista gl. est not. ad hoc vt §. e. l. quod placuit, q̃ fiscus nõ vel priuato succedit: habet tacitã vt §. eo. fiscus. sed tunc hypothecã quando inter nomina in bonis deposuit, haber hypo. vt ibi dicitur. Accur.

f ¶ *Duos menses.* facit C. de cõpen. l. vlti. & §. proxi.

g ¶ *Constitutum est.* vt §. de compen. l. fi. & l. §. de pactis. §. idẽ. nisi in casibus qui idẽ tenuit. hîc sequitur: vt C. de compen. l. j. & lege, in ea. & lege fi ex venditione.

h ¶ *In reatu constitutus.* etiam post accusã. inchoatã. & dic vt no. §. de solu. l. reo. sic ponitur reus, id est accusatus: vt §. de pub. iud. l. v. & §. eo. l. cùm quidam. Accur.

i ¶ *Actores.* instituti à procuratore fisci, vel Cæsaris. vt dicitur Insti. de cura. §. fina. Accur.

k ¶ *Procuratores.* id est castaldiones seruos. ad quod §. eo. l. bonorum. & ꝙ ne procuratores. Accur.

l ¶ *Adiit hereditatem.* dic vt §. de acqui. hære. fi quis mihi bona. §. fisci. & de off. procur. Cæsa. l. j. & vti. & l. seq. Accur.

m ¶ *Fecerint.* sutripiendo, non ita si alio modo, vt §. eo. l. Arrianus. §. qui autem. & §. ea. l. §. j. & sic not. quòd in hoc est deterior causa fisci quàm priuati, qui pro furto ageret ad duplum vel quadruplum cõtra omnes: nec vnus per alium liberatur: vt C. de condi. fur. l. j. sic & aliàs §. de diuer. præ. l. in omnibus. Prætereà dicunt quidam, vt Azo hanc pœnam habere locum, vbi non est alia pœna specialis à lege statuta. Item huic §. est contra §. de pub. l. hoc edicto. & §. fi. & l. fi multi. vbi duplicandum dicit: sed ibi in quærendis fuit fraus: vt C. cod. l. facultas, hîc in quæstis iam fisco: ut §. de iis qui ex pu. ra. l. j. & C. de assess. l. cõsiliarios. Et arg. C. de acquir. poss. l. vlt. nam in eo quod tam quæritũ est, non sic si fraus, ar. §. e. l. cùm quidam. Item in contrariis priuatus agit in duplum contra publicanum: hîc ipse fiscus. Accur.

n ¶ *Sol dum.* id est in duplum vel quadruplum.

o ¶ *Conuenium ur.* in hoc est sic §. de pub. l. si multi.

Moschis.]CASVS. Moschis conduxerat vectigal à fisco: deinde tenebatur fisco ad pensionẽ aliquorum annorũ vel vnius anni: & decessit relictis hæredibus: qui hæredes adita hæreditate quædam prædia hæreditaria vendiderunt pluribus personis: nunc fiscus dis ministerium suscepit, sed & aliud tantundem restituere cogitur.

2 ¶ Quod à præside prouinciæ vel procuratore [a], vel quolibet alio in ea prouincia in qua administrat, licet per suppositam personã, comparatum est, in firmato contractu vendicatur [b], & æstimatio eius fisco infertur. nam & nauem [c] in eadem prouincia, in qua quis administrat, ædificare [d] prohibetur.

¶ Fiscus autem [1] semper habet ius pignoris [e].

3 ¶ Qui compensationem opponit fisco, intra duos menses [f] debitum sibi docere debet. ¶ Vt debitorib⁹ fisci, quod fiscus debet, compensetur, sæpe cõstitutum [g] est, excepta caussa tributoria [2], & stipendiorum, item pretio rei à fisco emptæ, & quod ex caussa annonaria debetur.

4 ¶ In reatu cõstitutus [h] bona sua administrare potest: eique debitor rectè bona fide soluit.

5 ¶ Actores [i] qui aliquod officium gerunt, in bonis quæ distrahunt, procuratores [k] venudare inconsultis principibus prohibentur: & si vænerint, venditio nullas vires habebit.

6 ¶ Seruus Cæsaris si iussu procuratoris adiit hæreditatem [l], Cæsari volenti acquirit.

7 ¶ Si multi fisco fraudẽ fecerint [m], non, vt in actione furti, singuli soli dum [n] sed omnes simul quadrupli pœnam pro virili portione debẽt. Sanè pro non idoneis, qui sunt idonei conueniuntur [o].

Si debitor fisci reliquit hæredes: illi sunt priùs conueniendi à fisco, quàm ij, qui ab hæredibus bona aliqua emunt: & si hæredes non sufficiunt tunc perueniũt ad emptores. b.d.

XLVII. Paulus lib. j. Decretorum.

MOschis quædã fisci debitrix ex cõductione vectigalis [p], hæredes habuerat, à quibus post aditam hæreditatẽ Faria Semilla [1], & alij prædia emerant. cùm cõueniretur [q] propter Moschidis reliqua: dicebãt [2] hæredes Moschidis idoneos esse, & multos alios ex iisdem bonis emisse. Aequum putauit Imperator noster priùs hæredes conueniri [r] debere: deinde [3] in reliquum possessorẽ [s] omnem [†]. & ita pronuntiauit.

Qui conducit à fisco potest alij plus locare: & soluet tantum quanti à fisco conduxit, non plus. hoc dicit Bart.

1 ¶ Æmilius Prætolinus [4] conduxerat à fisco possessionem: eámque paulatim pluribus locauerat maiore quantitate, quàm ipse susceperat [t]. Conueniebatur à procuratoribus Cæsaris [v] in eam quantitatem, quam ipse perciperet [x]. Hoc iniquum & inutile fisco videbatur [y], vt tantum suo periculo ipse eos quibus locauerat, conueniret: ideóque pronuntiauit in eã solam [z] quantitatem eum conueniri debere, qua ipse cõductor extiterat.

Reuocato testamento non uidetur reuocatum fideicommissum tacitè iniunctum. Bart.

XLVIII. Idem lib. ij. Decretorum.

STatius Florus testamẽto scripto, hæredis sui Pompeij tacitè fideicommiserat vt non capienti, fundũ & certæ [1] pecuniæ quantitatẽ daret: & eo nomine cautionem [a] à Pompeio exigi curauerat,

p ¶ *Vectigalis.* & per hoc bona eius fisco tenentur: vt §. proxi. §. fiscus.

q ¶ *Conueniretur.* extranei possessores hypothecæ pro bonis vel prædiis quòdam conductis: non dico per hæredem quæsitis: vt suprà, de pign. actã. l. Paulus. in prine. licet hoc quidam dicant. Accurs. 1 Flo. Semilla.

r ¶ *Conueniri.* imò videtur, quòd hoc emptor allegare non possit vt infrà, de censi. lege, cùm possessor. §. fi contrà. Solu. hîc in præ- 2 Flor. & succabant.

3 Flor. desiderande. ctione tacitæ gali. & eũ eo concor. suprà, de publi. Imperatores. & suprà, eodem, in lege, prædiis. Item nota. in hoc tacito pignore principales debitores primò debere conueniri quã possessores rei: secus in expresso: vt C. de pign. persecutionem. sed hodie idem in expresso: vt in authenti. ibi posita. Item facit §. de adminis. re. ad cui. perti. l. iij. §. fina. & quod ibi no. Accur.

s ¶ *Possessorem omnem.* id est, quemlibet. Alij dicunt collectiuè: vt quisque viriliter teneatur: quod hîc probari videtur. nam duo dicebant emptores, scilicet hæredes idoneos: & alios esse emptores. & ad vtrunque respon. sed prima verior. nam etiam pro paruo debito tota res quãuis magna teneatur: vt C. de distractio. pig. quandiu. 3 Flo. certum.

t ¶ *Susceperat.* à fisco. Accurſius.

v ¶ *Cæsaris.* id est, fisci: quæ & Cæsaris sunt: vt & C. de quadrien. præscrip. lege vltima.

x ¶ *Perciperet.* à suis conductoribus.

y ¶ *Videbatur.* quia nemo accederet ad conductionem fiscalium prædiorum: vt suprà, lege tertia. §. cùm in quinquennium. Accurſius.

z ¶ *Solam.* nam si minoris locasset, non esset fiscus contrarium postulaturus: vt C. de solu. l. penulti. Item quia hîc non conuenit: vt §. locã. lege, ea lege. primo respondeo. Item quia sustinet periculum: ergo & lucrum si intercederet, vt §. commod. l. fi. §. j. Item colonus aliis locare potest, vt C. loc. nemo. & si plus locauerit, quàm ipse præstat, suũ erit, vt §. de act. emp. si mercedem. & loca. l. fi tibi. & l. fin. & l. qui insulam. Accur.

Statius Florus. Pone casum in hoc principio prout habes in glossa, quæ incipit, Pompeius &c.

¶ *Cornelio.*]Filius instituit matrem suam hæredem, & rogauit eam, vt post mortẽ suam mater restituat hanc hæreditatẽ Flauio: & ita fecisse mihi cõmisit delictum, propter quod omnia bona sua fuerunt confiscata: & sic hæc hæreditas, nunc Flauius petit hæc bona à fisco quasi debita. Dicitur, ꝙ non auditur interim, cùm nondum venerit dies, sub qua erant ei relicta. cùm & ipse posset priùs mori, quàm illa fœmina, & sic deficeret prædictum fideicommissum: vel aliàs res acquirere posset illa fœmina. Franc. Accur.

a ¶ *Cautionem.* domesticam. quod dic vt §. l. iij. §. quæri. per

a ¶ *Per præceptionem.* igitur cohæredem habet, Faustinũ scilicet, vt subiicit.

b ¶ *Quòd.* pro quia.

c ¶ *Desideraret.* apud iudicem appellationis.

d ¶ *Oportere.* Pompeius se restituturum quasdam res non capienti ea uerat de eadem res p Præceptionẽ à cohære de acceperat. & sic hoc legato totam hæreditatem onerauerat: nõ solũ partem Pompeij qui damnatus volebat onus legati, etiam nũc ad totam hæreditatem p. inere. volebat enim p præceptiones confe qui à cohærede, vt in primo testamẽto scriptum erat hac allegatione: quia nõ põt videri pro parte, &c. sed contra eũ meritò pronunciatum est: nam cũ per secũdum testamentum ruptũ est primum, & ita præceptiones interciderint: ex postremo peti nequeũt, cùm non sint in eo relictæ. vnde quia ipse solus cauerat, ipse solus soluere oneratur. Si quæras, cũ totũ fit testamẽto ruptum per posterius, cur solum tacitũ fideicommissum durat? Respond. hoc suprà, de proba. l. iij. explicatur.

e ¶ *Non acceperat.* in secundo testamento.

f ¶ *Pro parte.* vt ita præstetur de parte sua tãtum, scilicet vt onus sentiat, lucrum nõ habeat.

g ¶ *Pronuntiauit.* iudex appellationis.

h ¶ *Extare.* aliàs contare in lib. R. in B. extare.

i ¶ *Dedisset.* i. si liquisset testator, s. præceptiones.

k ¶ *Repetitum esset.* in secundo testamẽto.

l ¶ *Placuit.* mihi paulo: & est responsio.

m ¶ *Non probabat.* non capiens. Sed contrà §. de proba. cùm tacitũ, sed ad aliud hîc probat, vt etiam ex testamento agat: ibi non probat vt videatur repetitum: quia præsumitur: nisi hæres contrà probet. Itẽ facit §. de hære. instit. l. vlti. & §. de leg. iij. si iure testamento. Accur.

n ¶ *Sibi.* scilicet Pompeio.

o ¶ *Ex sola.* hoc est contrà §. de probat. l. iij. in eo quòd hîc dicit ex sola cautione. Item in eo quod dicit hic, scilicet dedit in primo, non videtur repetitum in secundo. Solu. hæc secundum illam: vt videatur repetitum fideicommissi. tacitum. & quod hic dicit, nec si dedisset, scilicet prælegationes. & quod dicit ex sola cautione, sub. etiam. Vel dic secundò, quòd hîc fuit interposita cautio animo nouandi actio. ex testamento: & sic non potest agi ex fideicommisso ex sola cautione. & secundum hoc quod hîc dicit, nec si dedisset, potest intelligi etiam in fideicom. vt primò dixi. vel solu. vt ibi.

p ¶ *Fideicommissum.* q. d. non præceptiones: quia eas à cohærede percipere non potest ex secundo testamento gratis, vt voluit testator in primo testamento, fideicom. autem præstat: quia de bursa sua voluit testator in primo testamento eum præstare.

q ¶ *Hær. s.* scilicet à filio. Accur.

r ¶ *Post mortem suam.* scilicet matris.

s ¶ *Condemnata.* de aliquo crimine.

t ¶ *Ante.* id est, se esse admittendum antequàm fiscus ad pœnam. Accurſius.

v ¶ *Constitutum est.* vt §. l. quod placuit. cum suis concord. sed hæc allegatio non videtur bona: cùm non dicatur creditor ille cui sub condebetur ante condi. vt §. de actio. & oblig. is qui. licet sit arg. eam infrà, de verborum signi. l. creditores.

x ¶ *Peruisset.* adeò' vt etiam ad præsens restitui non possit, etiam si vellet, vt §. ad Trebel. l. sed si ante. nec ob. C. de fideicommiss. l. post mortem. vt ibi not.

y ¶ *Ipse.* Felix. & sic deficit fideicommissum. vt §. de minor. in causſæ. §. Pomponius.

z ¶ *A petitione.* tria nota. primum, quia non debet esse quis solicitus de hæred. viuentis. ad quod suprà, de vulgari substitut. l. ij. §. interdum. Item quia nõ videtur mori, licet condemnata & deportata. ad quod §. de verborum oblig. l. ex ea. §. insulam. & de leg. ij. cùm pater. §. hæreditatem. Item tertiò, quia dicit interim. cùm ergo erit naturaliter mortua, patet scilicet, à fisco fideicom. vt §. ad Treb. ex facto. §. ex facto. & §. cod. l. dicitur. Item quia dicit aliàs res, &c.

Cum tacitum.]CASVS. Statius rogatus de restituẽda hæreditate Titio non capaci. Titius hoc detulit fisco, dicẽs se non posse capere, & sic debet habere dimidiam ex beneficio diui Traiani. quæritur de quanto debet esse hæc dimidia: an totius hæreditatis an dodrantis tantùm? Et dicitur, ꝙ dodrantis. quarta enim quæ deberet remanere aliàs penes hæredem, confiscatur. & hoc apparet ex quodam rescripto: cuius verba in litera ponuntur. Franc. Accur.

Is cui restituta est hæreditas ex tacito fideicommisso, cùm esset incapax se detulit in fiscum. dicitur hîc, quod debet habere dimidiam dodrantis illius hæreditatis pro præmio, quia se detulit.

XLIX. Idem lib. sing. de tacitis fideicomm.

CVm tacitum fideicommissum [a] is cui datum [b] erat, se capere nihil posse detulisset: in quæstionem venit, dodrantis, an totius assis partem dimidiam [c] ex beneficio diui Traiani recipere debeat. de qua re extat rescriptum diui Imperatoris Anto. in hæc verba, *Imperator Anto. Iulio Russo. Quia tacitam fidem accommodauit, vt non capienti restitueret hæreditatem: si deducta quarta parte restituit, nihil retinere debet. quadrans autem qui hæredi imponitur, ipse eripiatur, & ad fiscum transferatur* [d]. Vnde [e] dodrantis semissem [f] solũ capit, qui se detulit [g].

Fructus percepti inter primam & secundam citationem pertinent ad uenditorem: exantes autem ad emptorem: uel pensio locatio nis fundi uenditi.

L. Idem lib. iij. Decretorum.

VAlerius Patronus [1] procurator Imperatoris Flauio Statilio [2] prædia certo pretio addixerat [h], deinde facta licitatione, idem Statili⁹ [3] recepta ea licitatione [i] prædia obtinuerat [k], & ita in vacuum possessionem inductus erat [l]. de fructibus medio tẽpore perceptis quærebatur. Patronus [4] fisci esse volebat. Planè [m] si medio tẽpore inter primã licitationẽ [n] & sequẽtẽ addictionẽ [5] percepti fuissent,

a ¶ *Fideicommissum.* torius hæreditatis. Accurſius. 3 Flor. Statilicius.

b ¶ *Datum.* i. relictum. quod qualiter fiat, & quãdo hoc inspiciatur, dic vt no. §. eo. non intelligitur. j. ij. & iij. respon. Accur. 4 Flo. Patronius.

c ¶ *Dimidiam.* dimidiam enim constat eũ habere secundum edictum Traianiv: t §. eo. edicto. in princip. & §. j. & l. senatus. §. senatus. nec ob. C. de iis qui se de. l. j. quia plenè nota. §. eo. edicto. §. extar.

d ¶ *Transferatur.* vt & §. ad legem Falcid. l. beneficio. & ad Sylla. si sequens. & C. ad legem Falc. l. etiam si tacitum.

e ¶ *Vnde.* colligitur ex suprædictis.

f ¶ *Semissem.* scilicet relicti.

g ¶ *Detulit.* nam tantum erat suum relictum, & non plus.

Alerius.]CASVS. Valerius procurator Imperatoris vendidit prædium Flauio Statilio pro certo pretio hoc pacto, quòd si alius offerat plus vsque ad annũ, posset discedi ab ista venditione. nũc cùm alius offert plus pretio antiquo, idẽ Statilius inductus fuit in vacuam possessionẽ prædij: cuius erunt fructus medio tẽpore percepti, quæritur? Respon. si medio tempore inter licitationẽ & sequentẽ addictionem percepti sunt, ad venditorẽ pertinent. si autẽ intra vindemias vtraq; addictio facta est, tũc fructus interim percepti sunt emptoris: nisi hæc prædia colebantur per colonũ, qui nummis colat. cui locauerat fiscus. nã tunc fructus coloni sunt: & hoc fauore fisci, pensionem tamen debet emptori. si autem fiscus faceret ea prædia coli per suos rusticos, fructus essent emptoris.

¶ *Tryphonio.* Dic casum vt in gloss. quæ incipit, iudicio meo, &c. Franc. Accur.

h ¶ *Addixerat.* id est, sub addictione in diem vendiderat.

i ¶ *Licitatione.* ab alio. Accur.

k ¶ *Obtinuerat.* nam emptori primo licuit addicere, vt §. de in diem addict. l. item quod. §. fi. & l. necesse.

l ¶ *Inductus erat.* vel tunc quando primò emit, vel tunc cùm secundò obtinuit in licitando.

m ¶ *Planè.* id est, certè. & incipit determinare.

n ¶ *Licitationem.* id est, emptionem. Accur. 1 Flo. Patronius. 2 Fl. Statilicio.

Universidad de Deusto Biblioteca

2¶ *Ad venditorem.* nisi prædia erant sub colono: vt in fi. huius legis.
b¶ *Allata est.* cùm enim vendo tibi fundũ sub addic. in diẽ, & alius interim meliorem conditionẽ attulerit: fructus interim percepti ad me venditorẽ pertinent. Idẽ etiam si tu ipse meliorem condi. ab alio oblatam præstiteris: vt ʒ. de in diem addict. l. item, quod dictum. & l. hæc. & lege sequen.

c¶ *Intra tempus.* citrà: & sic medio tẽpore nõ est perceptus fructus: ergo pẽdẽtes fructus cedunt emptori: vt ʒ. de actio. empt. l. ul. §. si fructibus.

d¶ *Ab hoc tractatu.* i. ab hac sententia, quæ est vt fructus venditori cedant.

e¶ *Papinianus.* debentur fructus emptori nulla licitatione facta. idem si vtraque addictio intra tempus vindemiarũ processit. Papi. aũt & Messius nouam sententiam inducunt, quando non per dominum, sed per colonum cui fiscus locauerat, hæc prædia exco lũtur. & hoc propter fisci priuilegium, quasi ta citũ de recipiendo colono pactũ inter emptorem & vendi. inter-

6 Flo. *si qui-dem domino.*

uenerit.

f¶ *Sententiam.* cùm enim sub colono est, præ-

7 Fl. *accipere.*

dium locatũ licet vendirũ à domino, nõ debet cum emptor expel lere de equitate: sed pẽsionem ab eo accipere

8 Flo. *Trypho* *nino*

fauore fisci: nec colono teneatur. sic C. de

9 Fl. *putaret.*

10 Flo. *præce-pti.*

ven. præ. fi. l. j. §. fi. & ff. de bo. autho. iu. pos. l. in vẽditione. §. j. & in decre. Alexã. c. quæ rimoniam. de iure pa.

g¶ *Quia.* hanc fecilicet quia &c.

h¶ *Et.* colono. & applicatur emptori.

i¶ *Eius.* tantùm. si ergo colonus esset partiarius: partem tantùm acciperet emptor vt verus dominus.

k¶ *Ne.* & hoc ideo, ne &c.

l¶ *Conuenisset.* vt colonus staret vsque ad tempus conductionis. finitum.

m¶ *Secundum illorum opinionem.* scilicet Papi. & Mæssij: licet nouã & contra ius communẽ: vt ʒ. loca. si merces. §. j. & C. loca. lege, empto ri. sed hoc propter priuilegium fisci, ne teneatur colonus: vt hic dicit. sic ʒ. eo. l. cum qui.

n¶ *Vniuersos fructus habere.* scilicet emptorem, cùm licitatio per emptorem primum non est addicta. vel si facta est antè quàm fructus percipiantur, resest secundo addicta licitatione ab emptore admissa. alioquin licitatione facta fructus medio tempore percepti, ad venditoris spectant compendium.

o¶ *Suggerente.* id est consulente.

p¶ *De fructibus aridis.* Iudicio meo de aridis fructibus erat maior quæstio. fuerãt enim percepti ante tempora addictionis: & propter ea videbantur ad venditorem pertinere ad instar venditionis factæ sub addictione in diem. respon. quòd non tempus perceptionis, sed soluendæ pẽsionis dies spectatur. sicut ergo fructus qui post addictionem percipiuntur, ad emptorem pertinẽt ita & pensio cùm dies post addictionem venit: licet fructus propter quos debet solui pẽsio, antè percepti sunt: quos emptor percipere dicitur, dum eorum nomine pẽsionem percipit. Sed argumentum contrà ʒ. de vsufructu. defuncta. Quod aũt in aridis dicitur, & in liquidis per omnia dicas: vt patet ex prædictis. ADDITIO. Dic secundum Bartolum, quòd aliud in vsufructuario, vt ibi, qui non restituit fundum de voluntate sua: aliud in emptore & in venditore, vt hic.

q¶ *Fuissent.* aliàs venissent.

r¶ *Cùm addicta.* id est vendita: & sic non est pactũ addict. in diem. Vel dic, quòd hic fuit aliud pactum. & secundùm hoc intellige ab illo §. Papinianus. vsque in fin. scilicet, quòd vel fuerit pactum adictũ in diem, vel non.

s¶ *Eos quoque.* i. pro eis debitã pensionẽ: vt declarat litera. loquitur enim de eo colono, qui colit nummis. si verò partiarius esset, & antè percepti essent, vt posuit in casu: sine dubio erant emptoris. & est ratio: quia cedit & venit dies contracta iam emptione. si verò antè venissent: essent venditoris. aliud in prædio dotali locato: vt ʒ. sol. ma. diuortio. Accur.

10 I. Marcellus lib. xxij. Digestorum.



Vod seruus eius, qui ab hostibus captus est, posteà stipulatus est: aut si legatum sit seruo eius posteà, quàm ille ad hostes peruenit t, hoc habebunt hæredes v eius: quia etsi captiuitatis eius 1 tempore decessisset x, acquisitum foret hæredi.

11 Idem lib. xxxix. Digestorum.

NAuibus y longis atque onerariis propter belli vsum postliminium z est, nõ piscatoriis, aut si quas actuarias a voluptatis causa parauerunt. Equus itẽ, aut equa fræni patiẽs recipiũtur 1 postliminio. nam sine culpa equitis prorripere se potuerunt. Non idem in armis iuris est: quippe 2 quæ non sine flagitio amittuntur. Arma enim postliminio reuerti negantur 3, quòd b turpiter c amittantur.

III. Pomponius lib. xxxvij. ad Quintum Mucium.

ITem vesti s d.

IIII. Modestinus lib. iij. Regularum.

EOs, qui ab hostibus capiuntur, vel qui 1 ab hostibus deducuntur e, iure postliminij reuerti antiquitus placuit. ¶ An qui hostibus deditus f, reuersus g, nec à nobis receptus est, ciuis Romanus sit: inter Brutum & Scæuolam variè tractatum est. Et consequẽs est, vt ciuitatem non adipiscatur h.

De captiuis, & postliminio reuersis, & de redemptis ab hostibus.

TITVLVS XV.

I. Flor. *vel hostibus deducti.*

NAuibus.] CASVS. Nauis lõga, & deputata propter belli vsum si capiatur ab hostibus, fit hostiũ. si tamẽ recuperatur, primo domino redditur. secus in naui piscatoria vel in scapha. Idẽ quod in naui magna, est in equo vel equa: dum tamen sint domi: secus in armis: quæ si capiãtur ab hostibus, deinde recuperentur, non redduntur primo domino. Idem in veste quod in armis. & hoc dicit hæc l. cum seq. Franc.

y¶ *Nauibus.* No. quòd in agris aliud est, quàm in rebus mobilibus. mobilia enim sunt hostium, & postliminium habent. at agri non sunt alicuius specialiter: quia nec dicuntur occupari, sed inuadi. & quia potius vniuersi dicũtur inuadere vel vniuersitas quã aliquis: & ideo dicendum est, quòd sunt vniuersitatis hostium. Azo. Sed certè & immobilia dicuntur recipi iure postliminij: vt ʒ. eo. fi captiuus. §. j.

z¶ *Postliminium.* id est primo domino restituũtur: vt ʒ. eo. lege, postliminium est. in prin. & Insti. eo. §. si ab hostibus.

a¶ *Actuarias.* id est agiles ad agendum. i. ducendum: vt sunt scaphæ.

b¶ *Quòd.* id est, quia.

c¶ *Turpiter.* ad quod ʒ. de re mili. l. iij. §. miles qui in bello. Accur.

d¶ *Tem vestis.* scilicet, denegatur habere postliminium: quia turpiter &c.

EOs qui.] CASVS. Captum ab hostibus, vel deductum ab hostibus ante nõ bello, postliminio reuerti antiquitus placuit. Item transfuga ad nos reuersus non à nobis receptus, ciuitatem non recuperat. Franc. Accur.

e¶ *Deducuntur.* arte, non etiam bello.

f¶ *Hostibus deditus.* vt eorum esset seruus, fortè quia legatum hostiũ pulsasset: vt ʒ. de lega. I. fi. §. pen. Vel pone in transfuga: vt ʒ. quib. ex cau. ma. l. item ei Accursius.

g¶ *Reuersus.* contra voluntatem hostium: qui receperunt eum. alioquin contrà: vt ʒ. de legationibus. I. fi. in fin.

h¶ *Non adipiscatur.* sed libertatem fic, secundum P. de æquitate. Sed contra eum ʒ. de acqui. rerum domi. transfuga. Accursius.

Posthumi

Posthumij.] CASVS Ius postliminij quandoque in bello, quãdoque in pace competit. & dat exemplum de vtroque.

Captiuus.] Cepimus hostem, puta Cremonensem: deinde manumisimus eum. & reuersus est ad suos. ita demum habet postliminiũ, si nõ habet animum reuertendi. & adiungit exemplũ de Marco Regulo capto à Carthaginensib⁹, qui est reuersus Romam, & iurauerat se reuerti Carthaginem: nam non dicitur habere postliminium, nisi habet animum Romæ standi. Hinc & aliud exemplum de Menandro adiungit. Franc.

a¶ *In pace.* non in bello.

b ¶ *Cæperunt.* in bello.

c ¶ *Et.* vel alij. Accursius.

d ¶ *Aut intra præsidia.* præmitte si. Accursius.

e ¶ *Cæperit.* facit ad hoc institut. quibus modis ius pa. po. solui. §. fi ab hostibus. & de rerum diui. §. item ea quæ.

f ¶ *In pace.* id est, nõ in bello. Accur.

g ¶ *Cum gente.* non sub dita nobis.

h ¶ *Hospitium.* quia nec ipsi apud nos nec nos apud eos hospitamur: solúmque differunt ab hostibus, quia non est inimicitias bellum: sed tamen guerram habemus. & sic patet, quòd à latrũculis differunt, qui non habent inimicitias patentes. & ideo non est postliminium: vt infrà eodem, l. hostes. & l. postliminium. §. ij. quæ videtur contra.

i ¶ *Hi.* nec tamen est in dictum bellum.

k ¶ *Non sunt.* vt infrà eodem, l. hostes. Accursius.

l ¶ *Captiuus.* liber nõ seruus alicuius de hostibus: vt infrà eo. l. in bello. §. certè apud hostes, &c.

m ¶ *Manumissus.* & per consequens dimissus. & sic expone ʒ. eo. in fi. l.

n ¶ *Regulo.* b. qui fuerat Romanus, & captus à Carthaginensibus.

o ¶ *Non habebat.* alioquin contrà: vt infrà eodem, nihil.

p ¶ *Remandi.* non ita in seruo secundum Io. vt probatur ʒ. eod. in bello. §. manumittendo.

q ¶ *Missus est.* fortè vt esset eorum seruus: quia legatum hostium pulsasset: vt ʒ. de legatio. l. fi. vel dic, i. remissus liberè.

r ¶ *De illo.* Menandro interprete. Accur.

s ¶ *Desineret.* quia domicilium sola constituitur, & mutatur voluntate: vt infrà. ad munici. l. placet & l. seq. sed aliud in origine: vt in eo. tit. l. fi. & in eo non est lex superuacua. Azo. & infrà. ad municip. l. fi. quis in fructus. §. pe. & fin. Accur.

MVlier.] CASVS. Berta damnata est in opus salinarum propter delictum quod commiserat. deinde capta est à latrunculis, & vendita est Cocceio: Dicitur, q⁹ reuerti debet in antiquam poenam, & pretium eius dabit fiscus Cocceio. Franc. Accur.

t ¶ *Data.* si perpetuò, perdit libertatem: si ad tempus, ciuitatem tantùm vt ʒ. de poe. aut damnum. §. in ministerium. Accur.

v ¶ *In causam suam.* i. in poenam: vt ʒ. eo. in bello. §. si deportatum. Alij dicunt redit impropriè.

x ¶ *Recidit.* aliàs redit. aliàs incidit.

y ¶ *Cocceio.* redemptori.

z ¶ *Ex fisco.* id est, à fisco.

a ¶ *Reddendum est.* quia negotium fisci viliter gessit.

On dubito.] CASVS. Fœderati homines, id est, qui nobiscum fecerunt treugas, vt Mutinenses, item alij liberi homines, vt Florentini & similes, nobis sunt extranei, & nõ habet locum postliminium inter nos & eos: cum & ipsi huc venientes retineant libertatẽ & dominium rerum suarum, ac si in suis ciuitatibus essent. & idẽ nobis euenit. Posteà dicit, quòd liber populus dicitur, qui non est subiectus potestati alterius populisue est fœderatus cum alio populo, siue non: & si fœderatus cum alio populo, siue æquali fœdere, siue non: vt Mutinen. populus nobiscum. & sicut clientes nostri sunt liberi: sic & hi qui maiestatẽ principis comiter cõseruant, vt Bononienses & Mutinenses, liberi dicuntur. & qui sunt clientes: expone vt in glo. Si autem aliquis de ciuitatibus fœderatis nobiscum hic inclusa, de' inquat: puniam eum. Franciscus Ac cursius.

1. Flo. *externi sint.*

2. Flor. *desint*

3. Flo. *remit.*

4. Flo. *conservaret.*

b ¶ *Fœderati.* id est, cũ quibus fecimus treugas: vt infrà eodem, de postliminium. §. inducia.

c ¶ *Et liberi.* scilicet alij homines, qui non habent nobiscum treugas, vel habent: vt ʒ. §. liber.

d ¶ *Siue non fœderatus est.* alias non habetur in text. hæc particula, sed intelligitur.

5. Fl. *neque viri boni nobis sint, sic &.*

e ¶ *Aequè.* æquali hinc inde obseruatione ob treugas custodiendas, vel inter se tantùm, vel eos & alios, vt vtrinque vel ab altera parte tantùm habita consideratione. R.

6. Fl. *At fiat.*

f ¶ *Fœdere.* i. fœderis pacto. Azo.

g ¶ *Comiter.* aliàs comiter, aliàs commu-

uacua.

VI. Idem lib. j. ex Variis lectionib.

MVlier in opus salinarum ob maleficium data t, & deinde à latrunculis exteræ gentis capta, & iure commercij vendita ac redempta, in causſam suam v recidit x: Cocceio y autem Firmo centurioni pretium ex fisco z reddendum est a.

VII. Proculus lib. viij Epistularum.

NOn dubito, quin fœderati b & liberi c, nobis extranei 1 non sint, nec inter nos atque eos postliminium esse. Etenim quid inter nos atque eos postliminio opus est? cùm & illi apud nos & libertatem suam, & dominium rerũ suarum æquè atque apud se retineant, & eadem nobis apud eos contingant? ¶ Liberatum autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati subiectus est: sui is fœderatus (est 2, siue non fœderatus est d): item siue æquo e fœdere f in amicitiam obuenit 3: siue fœdere comprehensum est, vt is populus alterius populi maiestatẽ comiter g conseruet 4. hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum superiorem esse: non vt intelligatur, alterum nõ esse liberum. Et quemadmodum cliẽtes h nostros intelligimus liberos esse, etiam si neque auctoritate i, neq; dignitate, neq; iure 5 omni nobis pares sunt: sic & eos, qui maiestatẽ nostram comiter conseruare debent, liberos esse intelligẽdum est. At 6 si fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis: & in eos dãnatos animaduertimus.

VIII. Paulus lib. iij. ad legem Iuliam & Papiam.

NOn vxà patre k filius l, ita vxorà marito m iure postli-

niter.

h ¶ *Clientes.* id est rusticos quibus in causſa patrocinamur d, vt C. de iudi. l. rem non nouam. Vel dic, id est, seruientes: vt ʒ. de vſu & ha. l. & clientes.

d Clientes q dicãtur publicè Budeus hîc in anno

i ¶ *Neque authoritate.* hoc tale est: licet clientes nostri non præsint nobis, id est, comparentur, nec subsint nobis vt boni viri: nec per authoritatem vel dignitatem: tamen liberi sunt: fic, &c. Ro. sed quidam habent cancellatum boni viri. Accur.

tat. posteri.

Non vxà patre.] CASVS. Pater ab hostibus captus si reuertatur, recuperat filium in potestate iure postliminij, velit nolit filius. Sed secus in viro, qui captus ab hostibus & reuersus non recuperat vxorem, nisi ipsa velit: cùm non esset alij nupta. & cùm ipsa non vult eum non iusta ex causſa, punitur pœnis statutis contra eas quæ sine causſa repudiant virum: quæ sunt C. de repu. l. fi. Franc. Accur.

k ¶ *Non vxà patre.* scilicet reuerso. Accur.

l ¶ *Filius.* vt in institutio. quibus modis ius patriæ potestatis solu. §. si ab hostibus.

m ¶ *A marito.* reuerso.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ *Potest.* vt ff.eo.l.cùm duæ.in fi.Sed arg.contrà.§. de situ nup. l. in eo iure.§. fi.fed ibi in patrono.

b ¶ *Constitutum tempus.* scilicet,triennij:vt in auth.de nup.§.fed etiã capitur.

c ¶ *Tenis diffidij.* quæ sunt C.de repu.l.fi.Accursius.

Pud hostes. CASVS. Filius susceptus apud hostes,& reuersus,recuperat iure postliminij iura filiationis, vt succedere possit patri , & agnatis suis. Franciscus Accursius.

d ¶ *Nulla dubitatio.* facit §.ad Tertu.l. j.§. sed si apud hostes.& C.eo.l. j. & §. ex quib. cau.ma. l. ab hostibus. §. j.& §.de suis & legi. hæ.l.pe.§. pen. & §. de iniust.test. si quis filio. §.fue aut.& dices §.e. dinus. Accursius.

Ater. JCASVS. Pater filium suum impuberem instituit hæredem, & substituit ei Titiũ, si contingeret eum mori in pupillari ætate. nunc puer captus ab hostibus ibi dem decessit in pupillari ætate.Dicitur , q substitutus habet bona perfide acti testator prima hora captiuitatis decessisse. Secũdò dicit, pater filio instituto vel exhæredato reliquit substitutum, si contingeret filium mori in pupillari ætate.nunc filius mortuo patre captus ab hostibus ibidem decessit. Dicitur,quòd substitutus habet bona de æquitate,& vtiles actiones in hæreditatem dabuntur substitutoilicet de rigore videretur secus:quia hic puer decessit in tali statu,quo testari nõ poterat:& sic substitutio sibi facta quasi testamentum suum non videbatur valere:sed secus est , vt dixi. Tertiò dicit,Ponè,quòd si ius decessit in ciuitate ante captiuitatem patris. amodo substitutus eius nihil potest habere,siue puer reuertatur ab hostibus,siue non.& sic filius nõ erat in potestate patris tempore mortis patris:quod est necesse,vt pupillaris substitutio teneat. Sed si ambo sint capti ab hostibus,& pater primò decedat,& filius reuersus postea decedat:substitutus admittitur ad bona. & hoc dicit hæc lex & seq. Franc. Accursius.

e ¶ *Legitimum.* i. agnatum & non substitutum.

f ¶ *Neque tabulas* in quibus facta fuit substitutiõ pupillaris. Accur.

g ¶ *Refragatur.* id est,contradicit.Accursius.

h ¶ *Captus est.* vt §.ad Tertu.l. j.§. sed si apud hostes. & C.eo.l. j. & §. ex quib. cau.ma. l. ab hostibus. §. j.& §.de suis & legi. hæ.l.pe.§. pen. & §. de iniust.test. si quis filio. §.fue aut.& dices §.e. dinus. Accursius.

i ¶ *Tenet.* ff.l.proxi.contrà.in prin.Sol.vt ibi. Sed concor. §. de vulg. substi.l.lex Cornelia.in prin.

k ¶ *Si mortuo.* in ciuitate:secus si eo viuo impubes capitur : vt §. de vulg.substi.l.lex Corne.§.fi verò viuo.& §.quæritur etiam.Accursius.

l ¶ *Institutur.* cui pupillariter alius est substitutus:quæ substitutio appellatur secunda tabu.

m ¶ *Vel exhæredatus.* cui etiam potest substitui pupillariter : vt instituto.de pupil.substi.§.non solum.

n ¶ *Testamenti factionem.* quã hic impubes nõ habuit in actiua significatione:sed in passiua sic:vt institutio.de hæred.quali.& dif.§ testamenti.qui est contrà.Item nec obst.ff.eo.l.bona.in princip. ibi sine satione &c.quia confirmat legitimam,non testamentariam:vt hic statim subiicit.vel de æquitate,vt hîc statim dicit.Et ex prædictis distingue sic,an pater capiatur filio in ciuitate mortuo:an econtrà filius capiatur patre in ciuitate defuncto.an vterque capiatur , ibique ambo decedant. In primo casu vbi pater capitur , aut primò pater captus moritur:& postea filius non captus . & sic confirmantur primæ & secundæ tabulæ,vt suprà,hæc lege,in princip.& suprà , de vulg. substi. lege,lex Corne.j.respon.aut ecõtrà primò moritur filius non captus, & tunc nihil est tractandum de secundis tabulis:vt infrà lege proxi. in principio.in secundo verò casu vbi filius capitur,pater nõ:aut capitur patre viuo:& non est locus legi Corneliæ seu secun.tabu. etiam si ante patrem decedat:sed legitimi succedunt patri: vt §. de vulga. substi. l.lex Cornelia. §.fi verò. & §.quæritur.aut capitur mortuo patre,& tunc secũdæ tabu.irritãtur capi.dimi.vt §. de iniusto testa.§. g filio.§.irritum.in hoc itaque casu lex Cor.nihil locuta est:nec confirmantur secundæ tab.vt hîc,sed ex æquitate prætor indulget secũdas tabu.vt hîc in fi.& §. de iniusto.testa.posthumus.& lege,filio: & Instituquibus mo.testa.infr.§. non tamen. Sed videtur quòd etiam per legẽ Cornel. deferatur substituto: vt §.de vulgari substitu. l. lex Cornel. §. sed si pater. Sol. defertur ea lege, id est in re præto.quod eam legem imitatur. vel ea lege inducta per prætorem ad tabul. pupillares : sicut lex Falcid. per edictum prætoris inducitur,vt §.ad legẽ Falcidiam.l.j.§.ad eos. vel ea.l. non ex verbis, sed per interpretationem Iurisconsult. Alij dicunt ad substitutos hîc, & ibi scilicet in hæreditate, i. ad legitimos. Et quod ibi dicit ea lege, sub. s. non impediente: quod non placet.In tertio vbi verteque capitur , aut simul vel incõtinenti:& neutræ tabul. confirmantur: vt §.de vulga. substitu. l. si pater captus.nimirum cùm patris hæreditas adita nõ fuerit. si verò post patris captionẽ filius ex interuallo capitur. vtræque tab. confirmãtur:vt ff.lege proxi. secundùm Ro. vel secũdum Azo.& B.non refert incontinenti , vel ex interuallo:quia nũquam cõfirmantur,nisi filius redeat: vt ff. lege proxima.& dicta lege, si pater captus.

Subſtitutio facta filio impuberi à patre, qui poſteà ab hoſtibus capitur, non euaneſcit, licet impubes defunctus ſit, & apud hoſtes pater moriatur.

1 ¶ Si mortuo k patre capiatur impubes institutus l , vel exhæredatus m, in promptu est dicere legem Corneliam de tabulis secundis nihil locutam esse:sed eius duntaxat personam demonstrasse,qui testamenti n factionem o habuisset. Planè captiui etiam impuberis legitimam hæreditatem per legem Corneliam deferri : quòd 2 verum est,ne impuberem quidem factionem testamenti habuisse: & ideo non esse alienum,prætorem subsequi p non minus patris , quàm legis voluntatem , & vtiles actiones in hæreditatem substituto dare.

XI. Idem libro xxxj. Quæstionum.

QVòd q si filius r antè moriatur s in ciuitate, nihil est, quod de secundis tabulis tractari possit t : siue quoniam viuo patre filiusfamil. mori intelligitur v; siue quoniã non reuerso eo x , exinde y sui iuris videtur fuisse z ,

o ¶ *Factionem.* actiuè. Accur.

p ¶ *Sequi.* de æquitate.& sic intellige infrà eodem, lege, bona. & §. de vulg.substi.lege,lex Cornel.§.fed & si pater. Et not.quòd vbi lex non distinguit , nos tamen sic:vt suprà , de testibus. lege , quæsitum. Accur.

q ¶ *Vod.* pro sed. Accursius.

r ¶ *Filius.* non captus. Accur.

s ¶ *Moriatur.* quàm pater ab hostibus captus:& sic non est contrà §. l.proxi.in fi.j. respon.& est ratio:quia hîc pendet fictio adhuc : vt statim dicam.

t ¶ *Possit.* quantum ad leg. Corneli.& sic substitutus nihil habet Accursius.

v ¶ *Mori intelligitur.* patre reuerso:& sic nullæ sunt secundæ tabu.vt §.de vulg.substi.si pater filium.in fi.nam nec primæ:vt C.de cadu.tol. §.pro secundo.

x ¶ *Eo.* scilicet patre.

y ¶ *Exinde.* & sic non esset in potestate patris tempore mortis patris: quod est necesse,vt teneat pupillaris substitutio:vt Insti. de pupil.substi. in princi. sed certè tunc qua ratione fingitur filius fuisse sui iuris, extunc eadem ratione & huic pater præmortuus : & sic erat in potestate:& ita videtur valere substitutio:quod est falsum: quia si valeret, per fictionẽ Cor.oporteret quòd valeret.& sic tractaremus de secundis tabulis,quo ad Cor.quòd non est faciendum:vt hæc l.dicitur.quare dic, q hîc debet esse non,scilicet non videtur fuisse &c.secundum B.& sic non habet locum fictio l.Cor.hîc:quia cùm pater moritur naturaliter, iam filius erat mortuus : & sic nõ potest fingi super eo qui erat mortuus,quòd videatur fuisse vel non fuisse sui iuris tempore captiuitatis patris:sed tunc tantum fi viueret filius:vt fuit in superiori l. in principio quæ est contrà. hîc ergo tempore mortis filij pendebat fictio:ibi iam habebat suum effectum. Si verò non habeas non , tunc dic primam rationem positiuam:& hanc secundam remotiuam , hoc modo:si pater redit,non habent locum secundæ tabulæ : quoniam filius &c.si verò non redit:non habent locum primæ tabulæ ea ratione attenta,quoniam &c.quia non est vera hoc casu præmortuo filio quo ad secundas tabulas. Et secundum hoc est argumentum contrà §. de suis & legitimis.si pater.in principio. Solutio. ibi quo ad hoc , vt ab intestato habeat hæredem. Accur.

z ¶ *Videtur fuisse.* in lib. B. est nonsed in lib. R. deest.

Subſtitutus

a ¶ *Subditus est.* aliàs potestati hostium subditus est.aliàs hostium potitus est:vt ff.eo.in bello.§.codicillis.in fi.

b ¶ *Substituto.* reuerso in ciuitatem filio.Io.vt statim subiicit. & fic nõ est contrà §. de vulg.substi.l.si captus pater.

c ¶ *Decessisset.* & sic secundæ tabulæ tenent , & verè etiam sine auxilio l. Corn. Sed quid si ambo ibi moriantur? Respon.vt no.§.l.prox. Accur.

1 Flo.hoſtium potius. vide Angeſt.lib.4. cap.10.

2 Flo.ſufficiat

